uerbis mulier inquit. Nũc duabus tibi præsentibus uiis giges offero electionẽ in utrã uxor in
malis diuertere: Aut eni me pariter ac regnũ lydorum ubi Candaulem ĩterfeceris:aut dignata
teipsum continuo occũbere sic oportet:ne ĩ omnibus Candauli obsequendo post hac
scias quæ te scire non decet. Sed aut illum qui ista cõsuluit interire opus est:aut te qui
nudã me es cõspicatus:& illicita fecisti. Ad hæc uerba Gyges parump obstupefactus
mox obsecrare illam ne se ad talem necessitatẽ adigeret alterutrũ eligẽdi. Vbi non per
suadet:sed utiq; propositam sibi necessitatẽ cernit:aut interimendi herũ:aut per alios
pereundi:elegit ut ipse superesset:atq; ita percunctans illã inquit quandoquidem me
adigis inuitũ ad herum meũ occidendũ:age audiam quo pacto illũ adoriemur. Exci
piens illa ecce eo inquit loco adoriendum erit:unde ille me nudam ostendit. In sopitũ
impetum dabitur. Postea q̃ insidias instruxerunt:& nox aduẽit. Gyges nihil cũctatus
est. Q uippe cui nulla deuitãdi facultas esset:sed necesse aut perire aut Candaulẽ peri-
mere:mulierem in thalamũ sequitur:quem illa dato pugione subter easdẽ fores occu- Candau-
lit. Vnde postmodum iste procedens quiescentẽ Candaulẽ obtruncat:uxoreq; eius & lis mors
regno potitus est. Cuius rei meminit & Archilochus parius:q per idẽ tempus fuit in Gyges
Iambo trimetro: Optinuit autem regnũ Gyges atq; possedit ex delphico oraculo. Nã rex

Archilo- cũ lydi indigno animo ferrent Candaulis casum:atq; in armis essent:cõuenit iter hos
chus ac factionem gigianam:ut si oraculum respondisset hunc esse regem lydorum:ipse re-
gnaret.sin minus:principatum heraclidis restitueret. Accepto ꝑse oraculo giges ita
regnauit.sed demum Pythia locuta heraclidarum ultionem in atnepotẽ gigis esse uen-
turam. Quod carmen neq; lydi neq; ipsorum reges ullius momenti fecerũt priusquã
exitu cõprobatum est.Hũc in modũ optinuere tyrãnidẽ mermnadæ sublatis heracli-
mermna dis.Gyges tyrannide occupata delphos donaria misit non pauca. Vbi quæ ex argento
dæ donata usuntur:eorum pleraq; istius sunt:& preter argẽtum ĩmensam uim auri dedi-
Delphi cauit:posuitq; cum alia:tum uero quod præcipua mẽtione dignũ est patheras aureas
ca dona numero sex pondo triginta talentorum:quæ corinthiorum thesauro collocata sunt.
prima Licet is thesaurus(si uera loqui uolumus)nõ corĩthii populi est:sed Cypsoli Eetiõis
gigis filii.Ita giges barbarorum quos ipsi nouimus primus mũera apud delphos posuit.se
dona cundum Midam gorgii filiũ phrygiæ regẽ.Nam & midas optuli regiã sellam in qua
cypsolus sedens iura solitus dicere erat rem spectaculo dignã:quod tribunal eodẽ quo giges op-
Etion tulit:uocitatur a delphis gigadas eius uidelicet qui optulit cognomĩe.Is postq̃ ĩperio
Midas potitus est:arma ĩtulit milero & smyrnæ:urbẽq; colophonẽ ui cepit.Nec aliud ullum
Gordius præclarum facinus ab eo gestum est:cum duo de quadraginta annos regnauerit.Hũc
Gigadas nos his duntaxat de eo commemoratis missum faciamus Ardyis eius filii facturi men
Gigis re- tionem qui post gigem regnauit.
gnum Ic prieneas expugnauit miletũ oppugnauit:quo sardiũ tyrannidẽ optinente
Ardyis h cimmerii a scythis nomadibus eiecti e sedibus suis in asiam transierunt.Sar-
Sadyates disq; ꝑter arcem ceperũt.Ardyi:cum unde quinquaginta regnasset ãnos:sue
Alyattes cessit Sadyattes:regnauit annis duodecim.Sadyatti successit Alyattes:qui cum Cya-
Cyaxares xare Deiocis pronepote bellauit & medis:Cimmeriosq; exegit ex asia Smyrnam etiã
Smyrna a Colophone conditã cepit:& clazomenas ĩuasit.Vnde nõ quemadmodum optabat
discessit uæhementer euẽtu frustrato.Alia quoq; opera cũ in imperio fuit dignissima
memoratu edidit:quæ hæc sunt.Bello quod gessit cũ milesiis a patre traditum hac rati
one miletum illuc transgressus obsidebat:dum fruges in regione erãt adultæ:tunc ex
Tibiæ cã ercitum immittebat:procedens in expeditionem ad cantum fistularum fidiumq; ac ti
tus biæ tam muliebris q̃ uirilis.Cum in agrum milesium peruenerat:non ædificia quæ in
agris erant diruere:non incẽdere:non fores effringere:sed ĩcolumes esse passim sinere:
Arboribus modo fructibusq; regiõis peruastatis rursus se recipiebat.Nam milesii ma
re optinebant:ut opus non esset hosti illic considere.Aedificia autem icciro lydus nõ
excidebat:ut & milesii habẽtes unde procederent:humum sererent:colerentq;.Et cũ
hoc illi fecissent:ipse cũ exercitu ĩgressus haberet aliquid quod popularetur:hæc faci-
ens undecim oppugnauit annis:per quos duo ĩgentia uulnera accepere milesii : Vnũ ĩ
Limeneio quod est ipsorum regionis pugna cõmissa:Alterum ĩ campo Mæandri.Ho
rum undecim annoꝝ:sex adhuc apud lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius:qui cũ
exercitu terram milesiam tunc inuaserat:& idẽ bellum cõflauerat:quinq; reliquis eius:
Alyattes filius Alyattes bellum quod a patre receperat:ut a me superius commemoratum est
intentius administrauit:ĩ quo bello milesios nulli ex Ioniis subleuauerũt:præter chios
qui soli fuere auxilio teddentes uicẽ:q; alias quãdo milesii chiis bello quod cum heryth
ræis gerebant auxilia tulissent.Duodecimo autem anno incensis ab exercitu segetibus

hoc tei fieri contingit. Segetes ut erãt incensæ ualido uigẽte uẽto celerrime pusserunt
Mineruæ tẽplũ cognomie Assesia quo icẽdio tẽplũ deflagrauit. Neq; illius momẽti ea Assesia
ĩpsẽtia habita ẽ: sed cũ post exercitus reditum sardis Alyattes decubuisset: diuturnius minerua
q; ægrotaret: delphos misit ad deũ de sua ualitudie sciscitatũ siue alieno siue suopte consi
lio admittendũ iductus. Nunciis cũ delphos puẽissent se reditură respõsum Pythia ne
gat prius q̃ tẽplum Mineruæ reparari: quod in terra milesiorum apud assesum concre Assesus
masceent. Ita actum esse ego apud delphos accepi. Milesii his illa addunt Periandrum Periãder
Cypseli filium cum audisset oraculum Allyatti redditũ misisse nuncium ad Thrasybu Thrasy-
lum tunc milesiorum tyrannum: cuius in primis erat familiaris admonitum: ut aliqd bulus
prospiciendo sibi cõsuleret in præsens. Et milesii quidem ita gestum memorant. Alyat
tes autem ubi hæc ipsi nunciata sunt, cõfestĩ caduceatores miletum mittit ad incũdas
cum Thrasybulo: & milesiis pactiões tãtisper dum tẽplum ædificaretur. Dum caduce
ator miletum uenit Thrasibulus: ut qui omnẽ sermonẽ plane psenserat: noratq; quid-
nã Alyattes facere statuisset huiuscemodi rẽ machinatur. Quod frũenti in urbe erat
uel suum ipsius uel priuatorum: id omne in forum congerit: præcipitq; milesiis ut cum ipse
signum dedisset cuncti portarẽt & iter se comessatiõibus uterẽtur. Hæc Thrasibulus
ea gratia fecit: præcepitq; ut caduceator sardyius cernens igentẽ frumenti aceruũ effu
sum: & homines oblectationibus uacãtes renunciaret Alyatti: quod & cõtigit. Nã ut
illa conspexit caduceator: Thrasybuloq; lydi mandata exposuit: reuersus est sardis. Et
ut ego audio ob nihil aliud iter eos pacificatũ ẽ: Sperãs enĩ Alyattes uehementẽ pẽu Miletus
riã rei frumẽtariæ mileti esse: & populum ad extremum usq; malorum deuenisse. Reuer
so illinc caduceatore audiebat contraria atq; ipse fuerat opinatus. Post hæc inter eos ita
conuẽtum est: ut mutuo hospites essent ac socii: proq; uno duo delubra apud assesum
ædificauit. Alyattes ipse ex morbo conualuit. Et quæ ad bellum quidem Alyattis cum
milesiis atq; Thrasibulo pertinent ita habuere.

Periãder ãt Cypseli filius fuit: is qui Thrasybulo idicauit oraculũ: corĩthi tyrã Periãder
nus. cui maximũ miraculũ fuisse oblatũ populares sui predicant & his lesbii
assentiuntur. Arionẽ methymnæũ delphino insidentẽ ad tenaron fuisse eue Arionis
ctum: q erat citharoedorum sui seculi nulli secũdus: quiq; primus hominum quos noui- delphius
mus & fecit & nominauit & docuit corinthi dithyrãbum. Hunc arionem ferũt cum Dithyrã-
permultum tẽporis triuisset apud Periandrum: concupisse in Italiam Siciliamq; naui- bos
gare rursus parta ingenti pecunia uoluisse corinthum reuerti: & cum pfecturus e tarẽ
to esset: quia nullis magis q̃ corinthiis fideret: nauigiũ uirorum corinthiorum conduxisse.
Cũ altum tenerent istos Arioni insidiatos: ut eo deturbato pecunia potirentur. Hoc il
lũ intelligentẽ oblata eis pecunia mortẽ tantum fuisse deprecatum. Non persuadenti
nauitas iussisse: ut aut sibi manus afferret: ut sepulturã in terra nãcisceretur: aut ilico ĩ
mare desiliret Arionem ad hanc difficultatem redactum obsecrasse: ut quãdoquidem
ipsis ita placitum esset: cernerẽt se omni suo ornatu comptum: stantẽq; super fotes au
dirent cãtantẽ: & cũ decãtasset sibi se manus allaturum: atq; istos permittẽtes. C Inuaserat
enim libido eos audiendi præstãtissimũ inter homines modulatorem De puppe ĩ me- Orchius
diam nauem concessisse. Illum ĩduto sibi omni ornatu: ac sumpta cithara stantẽ super cantus
foros inchoasse carmen: qd' dicitur orchium: eoq; decantato sese ut erat ornatus in ma

reieciſſe: & hos quidem curſum tenuiſſe in corinthū: illū uero aiūt a delphino excep
tum in tænarō fuiſſe trāſuectum: & cum e delphino deſcendiſſet: corinthum eodem
habitu perrexiſſe: & ubi puenit quicquid cōtigerat enarraſſet & periandrum quia nō
crederet: tenuiſſe hominē in cuſtodia: ne quo prodiret: cæteꝝ curauiſſe ut nautas ha
beret. Eos acitos ubi affuerunt pconctatum ſi quid de Arione memorarēt: & referen
tibus illum ſoſpitem circa Italiā agere fortunatumq;: tarenti ſe relinquiſſe: Arionē ap
paruiſſe eodem quo deſiliiſſet habitu: iſtos terrefactos nihil āplius habuiſſe qđ con
uicti inficiarentur. Hæc corinthii ac leſbii aiunt. extatq; in tænaro ingens Arionis ex
Alyatis — ære donarium ſuper delphinum ſedens. Porro Alyates lydus compoſito con mileſiis
rehnum — bello: poſtea cum ſeptem & quinquaginta regnaſſet ānos: uita exceſſit: qui ſecundus
ex hac domo cum e morbo cōualuiſſet apud delphos dedicauit grādem ex argēto pa
teram. Itemq; alteram ex ferro paruulam compactilem ſpectatione dignam inter om
Glaucus faber — nia quæ ſunt delphis donatia opus Glauci chii qui ſolus omnium cōpactionem ferri
excogitauit.

Crœſi regnum — d Efuncto Alyatti ſucceſſit in regno Crœſus ānos natus quinq; & triginta q
primus græcoꝝ epheſiis bellum intulit. Vnde epheſii ab eo obſeſſi urbē dia
næ donauerunt fune ex æde dianæ ad murum alligato. Eſt āt inter ueterem
urbē: quæ tūc obſidebatur & tēplum ſeptem ſtadioꝝ interuallū. his primis Crœſus
arma intulit. Deinde carptim ſingulis ionum æolorumq; alias in alios cauſas præten
dens ut in quoſq; maximas reperire poterat. In quoſdam etiā friuola cauſatus. Poſtea
uero q̄ græcos in aſia ſubegit ad tributum pendendum: tunc cōſtituit ædificatis naui
bus aggredi inſulāos. Ad quas cōpingendas cum omnia in expedito eſſent dicunt alii
Bias pittacus — Biātem prienæum: alii Pittacum mitylenæum cum ſe ſardis cōtuliſſet interrogatum a
Crœſo nunquid apud græciā noui eſſet: reſpōdiſſe quod illum a compingenda claſſe
inhibuit. Inquit enim inſulāi rex decē milia equoꝝ coemerunt hōſtes in aīo aduerſus
ſardis: atq; te exire in expeditiōem: & Crœſum uera loqui ratum dixiſſe utinā dent dii
hāc inſulanis mentem in filios lydoꝝ ueniendi cum equis. Atq; hinc excipientem dixiſ
ſe uideris mihi rex cupide uota facturus: ut inſulanos incōtinente adipiſcaris equitātes
haud abſurda ſpe. Vere quid aliud inſulanos optare cenſes q̄ ſimul ac audierint conſti
tuiſſe te aduerſus ſe claſſem ædificaſſe: ut nacti lydos in mari itercipiant: teq; p his græ
cis quos tu in cōtinēte tibi adiecisti ulciſcātur. Hac rōe delectatū admodū Crœſū atq;
inductum. C Eſt enī uiſus ille perq̄ ſcite dixiſſe) ab ædificāda claſſe: atq; ita cū ionibus
qui iſulas incolerēt: hoſpicium cōtraxiſſe. Interiecto tēpore ſubactis ferme omnibus
Crœſi populi — qui ītra halym colūt. Nā pter cilices ac licios: cæteros oēs Crœſus in ſuā poteſtatē re
degit: qui hi ſunt. lidi: phriges: myſi: marādini: chalibes: paphlagones: thraces: oetiniq;:
& bitini: cares: iones: doles: æoles: pamphili. his ſubactis & potētia lydorum per Crœ
ſum aucta contulerunt ſe ſardis opibus florentes: cum cæteri omnes e græcia ſophi
Solon — ſte qui ea tempeſtate erant pro ſe quiſq; proficiſcentes. Tum uero Solon uir athenien
ſis: qui cum leges iubentibus athenienſibus tuliſſet decem annos per cauſam contem
plandi nauigādo erat peregrinatus: ut ne quam legum quas cōdiderat abrogare coge
retur. Nā hoc athenienſes ipſi facere nequibant maximo iureiurando adacti ad eas de
cem per annos ſeruandas: quas ipſis Solon condidiſſet: Harum itaq; legum ac contem

plandi gratia Solon pergere profectus in ægyptum ad Hamasim se contulit: & sardis Hamasis
ad crœsum. Et cum peruenit: hospitaliter in regiam a Crœso exceptus est: tertioq; aut
q̃rto q̃ uenerat die iussu crœsi ministri circũduxerũt hoiem circa thesauros: oĩaq; quæ
illic inerant magna atq; beata ostẽtarũt. Contẽplatum cum cuncta: & ut sibi opportu
num fuerat intuitũ talibus percunctatus est crœsus. hospes atheniensis: qa multus ad
nos rumor de te emanauit ob tuam sapientiã: tuãq; discursationem: qui philosophãdo
pmulta uidendi gratia es pegrinatus: iõ mihi tũc cupido incessit sciscitãdi te ecquẽ uidi
stiorum beatissimum. Sperãs uidelicet se inter hoĩes beatissimũ esse ita sciscitabat. So
lon nihil admodũ assentatus: sed ut res erat respõdens. Ego uero inquit rex uidi beatis Solon ad
simum Tellũ atheniẽsem: qd' dictũ admiratus crœsus ĩstat interrogare qua de re Tellũ crœsum
iudicat esse beatissimum. Q uod inquit Tello in prima bene ĩstituta filii erant honesti Telus
& boni: eorũq; singulis liberi: hiq; oẽs supstites: & cũ hoc uitæ q̃tũ in nobis situ est bene
traduxisset: obitus splendidissimus obtigit. Si quidẽ p̃lio qd' athenienses cũ finitis gesl
sere apud eleusinã hic cũ auxilio uenisset: hostẽq; ĩ fugã uertisset pulcherrimã oppetiit
mortẽ. Q uẽ atheniẽses quo loco occubuerat: ĩ eo loco publice hũauerũt: magnificeq;
honorarũt: Multa de tello ac beata a solone referẽte excitatus crœsus ĩterrogat quẽnã
secundũ ab illo uidisset putans haud dubie secũdas se ptes ẽe laturũ. Cleobin inq̃t ille & Cleobis
Bitonẽ: quippe his & gẽus argiuũ erat: & uictus suppeditabat. Ad hæc corpori robur Biton
tãtũ ut & in certãinibus ãbo piter uictores extiterĩt: & de his ista memorẽtur. Cũ dies Iuno
festus Iunonis apud argiuos esset: oporteretq; oĩo matrẽ horũ ad tẽplũ ferri bobus iũ
ctis: hiq; boues ex agro eis ad horã præsto nõ essẽt: tũc iuuenes exclusi tẽpore iugũ sub
eũtes plaustrũ ptraxerũt: quo mater uehebatur & qnq; ac quadragita p stadia trahen
tes ad tẽplum puenerũt. Q uibus cũ hæc fecissent: & ab omni cœtu cõspecti fuissent:
optimus optigit uite exitus: p quã deus iudicauit satius homini esse mori q̃ uiuere: Nã
cum circunstãtes argii laudibus tollerent: uiri quidẽ cõsilium filiorũ: fœminæ uero eorũ
matrẽ q̃ talibus filiis prædita esset: mater gaudio pfusa cum liberorũ fcõ tũ fama ante
simulacrũ stãs p̃cata ẽ deã: ut Cleobi & Bitõi filiis suis daret id qd' optimũ esset homi
ni cõtigere. post hãc p̃dicationẽ ubi sacrificarũt: epulatiq; sunt quiescẽtes ĩ ipso delubro
nõ sunt ãplius excitati: sed hoc uitæ exitu pfũcti: quorũ effigies tãq̃ uirorũ q optimi exti
tissent argii factas apud delphos collocarũt. Et his quidẽ Solõ secũdas beatitudis ptes
tribuebat. Crœsus ãt cõturbatus inq̃t hospes atheniẽsis adeone tibi p nulla cõtẽnitur
nostra felicitas: ut ne p̃uatis q dẽ uiris nos æqparãdos ducas. cui ille: me crœse gnarũ oẽ
numũ ĩ uidũ ẽẽ & turbulẽtũ d' rebus hũanis ĩterrogas. In diuturno. n. tp̃e multa uidẽt
q̃ nẽo uelit uidere: & tolerã multa q̃ nolit q̃spiã tolerarẽ. Proponãus. n. hoĩ terminũ ni Numinã
tæ ad septuagita ãnos: q ãni cõstãt ex uigitiqnq; milibꝫ ac ducẽtis diebꝫ: mẽse ĩtercarla inuida
ri nõ posito. Q d' si uelis reliquũ ãnorũ ob hũc mẽsẽ plixius fieri: ut oræ ad id qd' de ẽ esse
accedẽtes cõgruãt: mẽses q dẽ ĩtercalares supra ãnos septuagita fiẽt trigitaqnq;. dies ãt
ex his mẽsibus mille quĩgẽti. horũ dierũ oĩum qui sũt ad septuagita ãnos nũero uiginti
sex millia ducẽti quinq̃ginta nullus prsus q̃ ẽ alius rẽ affert. Ita igitur crœse oĩo calãito
sus ẽ hõ: uerũ tu mihi uideris & diuitiis ualde pollere: & p multorũ hoĩum esse rex: sed
qd' me ĩterrogasti nõdum te apello priusq̃ bñ uita defũctũ te audiero. Neq;. n. beatior ẽ
qui magnis opibus præditus ẽ eo q diuinũ uictũ hẽt: nisi eidẽ oĩbus bõis pdito fortũa
cõcesserit bene uita defungi. Etenĩ cõplures homines sunt perquã locupletes minime

tñ beati:cõplures itẽ mediocria hñtes patrimõia fortũati. Q uoꝝ is q diuitiis afluit sed
nõ beatus ẽ:duabus tãtũmõ rebus ãcellit fortunatũ:at hic illũ p.uribꝰ. Ille ad cupidita
tes ip.ẽdas:& ad grãdẽ q icidat offẽsã supandã ualidor ẽ:hic & si illo iferior ẽ i his duo
bus q bñ illi a fortũa denegãt:tñ excellit ꝙ illoꝝ iexptus ẽ:ꝙ pspera fruitur ualitudie:
ꝙ maioꝝ exps:ꝙ bonoꝝ liberoꝝ parẽs:ꝙ formosus ẽ:q si pter hæc diẽ quoqꝫ suũ recte
Beatus — obierit:is est quẽ qris dignus q uocetur beatus:prius tñ q̃ ad obitũ puenerit nequaq̃
fortuna/ — beatus appellãdus sed fortunatus:q oia cõseq q̃ diu sis hõ ipossibile ẽ:sicut nec uua re/
tus — gio cuncta sibi ipsi suppeditat:sed aliud hñs alio idiget:q tñ hẽt pluria ea ẽ optia quẽ ad
modũ & hois corpus unũ aliqđ nõ ẽ cõsumatũ:qa aliud hẽt alio uacat. Q uisqs ãt ho
rum pluria ppetuo habuerit dehinc placido aĩo e uita excesserit:hic apđ me noĩe hoc
Exitus i/ — uelutirex dõati meretur. C is rei opportet inspicere exitũ quo sit euasura:quoniã mul
spicien — tos deus qbus fortũas suppeditauerat:radicitus euertit. Hæc Solõ neqꝫ affẽtido Crœ
dus — so neqꝫ ullius eum momẽti faciendo locutus dimittitur. Saneqꝫ est uisus esse idoctus:
qui bonis pñtibus prætermissis iuberet omnium rerum inspicere exitum.

P Ost obitũ Solõis igẽs deoꝝ ídignatio (ut cõiicere licet) crœsũ excepit:ꝙ se
Crœsi fi/ — ipsũ oĩum hoĩum beatissimũ arbitraretur. Cui stati qescẽti sõnium oblatum
lii — ẽ ueritatẽ indicãs maloꝝ q̃ circa filiũ erãt euẽtura. Erãt ãt crœso liberi duo:quo
Atys fili/ — rũ alter q mutus iutilis erat:alter iter æq̃les oĩ iure lõge prius noĩe atys. Hũc itaqꝫ atym
us — crœso significat sõnium fore ut ferrea cuspis traiectum interimeret. Exprectus & secũ
Crœsi sõ — rẽ uersãs sõnio tertius ducit filio uxorẽ:solitum pesse copiis lydoꝝ:post hac ad tale mu
nium — nus neq̃q̃ dimittit. Iacula & hastas oĩaqꝫ huiuscemodi:qbus hoĩes in bello utuntur:e
porticibus amouẽs in thalamos ifert neqđ suspẽsum in filium decideret. Cum autem
nuptias filii in mãibus hẽret:aduẽit sardis qdã calamitate pditus mãibusqꝫ nõ puris na
tione phryx regio ex genere. Hunc cum ad ædes Crœsi uẽisse,ex rituqꝫ dõestico ut sibi
expiari liceret:orasset:Crœsus expiauit. Modus expiãdi ,ppe modum is ẽ apud lydos
qui apud græcos. Vbi legitima peregit Crœsus pcõctatus est unde ille quisnã foret in/
quiẽs homo quis tu & unde e phrygia ,pfectus domesticus mihi factus es:& quẽ uiꝝ
aut quã fœminam interemisti? Ad quẽ ille respondit. Midis ego Gordii rex sum filius
Adrastus — nomine Adrastus:quia fratrem meum ipsius imprudens interemi. Adsum eiectus a
phryx — patre & omnibus rebus exutus. Crœsus inuicẽ ad eũ his uerbis inquit. Ex uiris nobis
amicis oriundus es:& ad amicos uenisti hic in nostris edibus tu mães:nullius rei indi/
gebis. Istam porro calamitatem quam leuissime ferendo plurimum lucrifacies. Atqꝫ
ille quidem apud Crœsum domicilium habuit. Veꝝ per hoc idem tempus apuđ olym
Olym — pum Mysiæ aper eximiæ magnitudinis extitit:qui ex hoc monte progressus mysoꝝ
pus — opera peruastabat. quenqꝫ sæpenumero mysi aggressi nihil admodum mali ei fecerãt:
Aper my — sed ab eo acceperant. Ad extremum missis ad Crœsum nunciis ita dixere. Apparuit
siæ — rex apud nos maxima res aper qui agrestia corrumpit opera:quẽ studiosissime captã/
tes interimere tamen non ualuimus. Nunc itaqꝫ te obsecrãus:ut nobiscũ filiũ tuum ac
delectos iuuenes canesqꝫ mittas:quo beluã e regione tollamus. Hæc illis præcantibus
Crœsus somnia memoria repetens ita respondit. Filii quidem mei nolite amplius face
re mẽtionẽ:neqꝫ enĩ eũ uobis dimitterẽ nã ẽ nouus maritus:& nuptialia sunt ei cordi:
Lydoꝝ tamen delectos & uẽatores oẽs cũ canibus una mittã:mãdaboqꝫ euntibus ut
q̃ prõptissime uobiscum belluã de regiõe summoueãt. Hæc Crœsus respõdit. Cuius

uerbis cũ cõtẽti nõ essent mysii: Interueñit Crœsi filius: auditisq̃ quæ mysi præcarent: &
Crœso negãte cũ illis missurũ se filiũ. Hæc iquit ad cũ adolescẽs. Pater quæ nobis ante
hac aliqñdo hõestissima ac magnificẽtissima erãt uel i bella uel i uẽatiões eũdo specimen
sui dare. Horum utroq̃ nunc exclusum me tenes nulla i me animaduersa neq̃ ignauia
neq̃ socordia: quibus nam me oculis conspici oportet euntem i forum: atq̃ illinc rede-
untẽ qualis ciuibus qualis uxori recens nuptæ uidebor? cui illa uiro uidebitur nupta?
Proide me tu aut sinas uenatũ ire: aut oratõne psuadeas potiora ista eẽ quæ facis? Cui
respõdens Crœsus fili inquit neq̃ q̃ ingauiã neq̃ q̃ aliud q̃ppiã i iocũdũ mihi aĩaduer
terẽ i te hæc facio: sed uisum qđ i somnis mihi oblatũ ẽ dixit te breuis æui futurũ: quip
pe ferrea piturũ cuspide: Cuius uisi gratia & has maturaui nuptias: nec ad ea quæ susci
piũtur dimitto obseruans si quo pacto queã te dum uiuo a clade subtrahere: filius enĩ
mihi unicus es. Nãq̃ alterũ auditu captũ p nullo mihi existimo. Ad quẽ uicissim adole
scens. Pater iquit tibi equidẽ ignosco agẽti circa me custodiã qui talẽ uideris uisionem.
Verũ tu illã nõ pbe pcipis: quã C quoniã te latet Ↄ æquũ me tibi iterpretari. Ais tibi sõ
nũ o dixisse me ferrea piturũ cuspide. At uero quænã mãus sũt: quæ ue cuspis ferrea q̃
tu ptimescas: Nã si dẽte dixisset: aut aliquo huius simili piturũ me deberes facere q̃ fa-
cis. nũc aũt dixit cuspide. Q uare cũ non sit nobis pugna cũ uiris: ire me sinas Et Crœ
sus ei neis me iquit fili ista loquẽs de sõno itelligẽdo. Q ua ppter ut abs te uictus tibi i
dulgeo: ueniãq̃ do eũdi ad uẽatõem. Hæc locutus Crœsus adrastũ phrygẽ accersit: eiq̃
ubi affuit talia iqt. Ego te Adraste calãitate pditũ C nõ igrato tibi hæc ex pbro Ↄ expia
ui & receptũ dõi habeo oẽm suppeditãs sũptũ. Nũc ergo đ me q̃ prior de te bñ meritus
sũ debes iuicẽ bñ mereri: custodẽ te opus ẽ eẽ filii mei uẽaru pficiscẽtis ne q̃ iter uiã oc-
culti grassatores i uestrã pniciẽ pdeãt. Ad hæc tua iterest eo te uadere suũ splendor ex
opibus extitit qđ tibi paternũ ẽ: & pterea q̃ a robur adest. Cui Adrastus ego iqt rex in
istud certamẽ alioqn nõ pgerẽ: quẽ tali calamitate affectũ nefas ẽ ad æq̃les se conferre
fortũatos: aut uelle iter eos adesse: a qua te & frequẽter me ipsũ cõtinui. Nũc quoniã
tibi hoc i aĩo ẽ cui gratificari debeo & gratiã referre p bñficiis: Istud exequi patus sũ: fi
liũq̃ tuũ quẽ me custodire iubes: expecta icolumen reditum custodis cã. Postea q̃ his
uerbis Adrastus Crœso rñdit: & mox apparata res est uiris delectis iuuenibusq̃ & ca
nibus discedit. Q ui ubi ad montẽ olympũ puenere beluã idagant: inuentã circũfusi
iaculis incessũt Ibi hospes is q̃ a cæde fuerat expiatus: & uocabat Adrastus: uibrato in
aprũ iaculo nõ illũ sed frustrato ictu filiũ Crœsi adeptus ẽ. Iste cuspide ictus uocẽ sõni Atys
ipleuit. Q uod factũ quidã ad Crœso nunciandũ cucurrit: perueniensq̃ sardis pugnã mors
illi & fili necẽ indicauit. Crœsus morte quidẽ filii pturbatus nõ nihil tamẽ ægrius fere-
bat: q̃ is eum necauerat quem expiasset a cæde. Et cum pergrauiter clada suam lamen
taretur: Iouem expiatorem inuocare testificãs quæ ab hospite passus esset: Inuocare
etiam hospitalem & familiarem hunc eundem nominans deum. Hospitalem quidem
uocans q̃ in domum excepisset hospitem percussorem filii sui ignarus se pascere. Fami
liarem uero q̃ quem pro illius custode misisset: eum compererit hostilissimum. Secũ
dum hæc lydi affuerunt qui mortuum afferebant: post ipsum interfector sequebatur
stans autem hicante cadauer sese Crœso tradebat: manus protendens iubensq̃ ut se
super cadauer mactaret: referendo tum priorem calamitatem suam: tum quoniam su-
um etiam expiatorem iteremisset. sibi uiuendum amplius nõ esse. Hæc crœsus audiens

& si in tãto domestico luctu positus: tamen Adrastum miseratus est ad eumq; inquit.
Habeo abs te hospes omnem satisfactionem: quoniã teipsum morte condẽnas. Neq;
uero tu huius mihi cladis auctores: nisi quatenus id fecisti imprudens. sed deorũ quis
piam qui iam mihi uentura significauit: Et Crœsus filiũ ꝑ sua dignitate sepeliuit. Adra
Adrasti cædes strus autem Gorgii filius Midis nepos is qui tum fratris: tum expiatoris iterfectot ex
titerat ubi silentiũ fuit ad sepulcrũ ignoscentibus ei hoĩbus: ob quæ ipse grauissime af
flictabat: sese sup bustũ trãsfodit: Crœsus filio orbatus ingẽti ĩ luctu duos ãnos egit.

q Vem luctum postea finiuit Astyagis Cyaxaris filii dominatiõe a Cyro Cãby
sis filio sublata: & rebus persarum augescẽtibus: atq; in sollicitudinẽ uẽit si qua
ratiõe posset potentiam persicã prius q̃ magna efficeretur occupare. Sub hãc
statim cognationem tentare statuit uaticinia quæq; apud græcos queq; ĩ africa essent
Aliis alio dimissis: quibusdam delphos: quibusdam dodonã: non nullis ad Amphiarũ
Græca oracula ac Trophonium: Sunt qui ierunt ad branchidas oræ milesiæ. Atq; hæc sunt græca: ad
quæ consulẽda Crœsus misit oracula. In africa uero ad Hammonem alios responsa pe
Branchides tituros dimisit. Omnes autem exploratum oracula quid sentirent: ut si consentanea ĩ
uero deprehenderentur: secundo loco de suis tentatum mitteret: nũquid ĩ persas expe
Trophonius ditionem moliretur: Mittens itaq; ad oracula tentanda lydos: hæc dedit mandata ut
qua die ꝓficiscerẽtur ex sardibus ab ea reliquum tẽpus supputãtes quotidie oraculis
uterentur sciscitantes quidnã faceret lydorum rex Crœsus Halyati filius: & qđ singu
la oracula respondissent: Id oẽ conscriptum ad se referrent: Quid cætera responderint
oracula a nemine commemoratur. At apud delphos simul atq; ingressi sunt lydi do
mum consulturi deum: & scitaturi quod sibi essent iniunctũ: pythia hexametro teno
Crœsi oracula re hæc inquit Noui ego quis numerus sabuli mensuraq; ponti. Mutum præcipio: fan
tis nihil audio uocem: Venit ad hos sensus nidor testudinis acris. Quã simul agnina
coquitur cum carne lebete. Qui superest stratus: stratũ cui desuper est æs. Vel Noui
ego harenarũ numerum spaciumq; profundi. Vel. Noui ego harenai numerũ modi
os & aquai. Vel. Aequoris est spaciũ numerus mihi notus harenæ: His oraculis quæ
pythia reddidit conscriptis lydi digressi sardis rediere: Cumq; alii quos circummisse
rat Crœsus affuissen: tunc singula aperiens quod scriptum esset inspexit: quorũ quidẽ
nullum probauit. Vbi autẽ illud delphicũ audiuit protinus adorauit: atq; ad misit exi
stimans solam esse apud delphos uaticinationem: quippe quæ cõpererat quod ipse fe
cisset. Etenim postea q̃ ad petẽda oracula a nũcios dimiserat obseruato ex omnibus di
ebus præcipuo tale quiddam est machinatus commentando ea quæ ad deprẽdendũ
& ad differendum ardua forent. Testudinem pariter & agnum cõcisos in aheno coxit
opercul o æneo imposito. Atq; ita e delphis Crœso respõsum est: Ex Amphiarai uatici
nio quidnam responsum sit lydis cum in sacro illo rite sacrificassent: non queo dicere:
Nam de eo nil fertur aliud q̃ qđ & hoc Crœsus uerax esse uaticiniũ existimauit. Post
hæc ingentibus hostiis deum qui est apud delphos exorandũ statuit. Immolauit enĩ
pecora quæ fas est ĩmolari numero tria milia. Fultra & aureata argenteaq; ad hoc phi
alas aureas & amictus purpureos ac tunicas ingenti pyra extructa cõcremauit: sperãs
aliquanto magis his rebus propiciari deũ. Missis etiam lydis omnibus ut sua ipsorum
Lateres aurei quicquid tale haberet quisq; immolaret. Quo ex sacrificio cũ ĩmensia uiris auri deflu
xisset: ex ea dimidiatos lateres deformauit longiores ut inscripsit sex palmorũ: breuio
res trium: crassitudine palmari numero centum decem & septẽ: quorũ quattuor erant

auri excocti:singuli pondo duorum & dimidii talenti. Cæteri uero auri albidi pōdo bi
num talentorum. Fecit leonis quoq; effigiem ex aurn excocto decem talentoꝝ pon Leo aure
do: qui leo dum templum delphicū deflagrauit: a semilateribus decidit. Super illos eni us
erat collocatus: & nunc in corinthiorum thesauro repositus est pondo sex talētnrum
atq; dimidii eliquatis tribus talentis ac dimidio. Hæc crœsus ubi perfecit: delphos mi
sit. Cumq; eis hæc alia duas grandi forma pateras auream argēteamq;: quaꝝ aurea ītrā Patere
tibus templum ad dexteram posita erat. Argentea ad sinistram: quæ & ipsæ cum tēplū aureæ
incensum est amotæ fuerunt: aureaq; in clazomeniorum thesauro posita pondo talen
torum octo & dimidii. Præterea mnarum duodecim argētea ad suggrundā anguli tē
pli sexcentarum amphorarum capax in quam miscebatur uinum a delphis Theopha
niæ festo opus: ut delphi aiunt: Theodori samii ut ego arbitror. Non enim mihi uidet
opus temere factum. Misit præterea dolia argentea quattuor: quæ in corinthiorū the
sauro stant. Donauit item aquiminaria duo: aureū argenteumq;: quorum in aureo su
prascriptum est donarium esse lacedæmonioꝝ: nō recte suprascriptum: quoniā & hoc
Crœsi est. Sed quidam delphorum gratificari lacedæmoniis uolēs inscripsit: cuius no
men ego cognitū habens: non tamen promā. Verū puer: per cuius māus fluit aqua: la
cedæmonioꝝ est sed eorum neutrum aquiminare. Alia quoq; cum his permulta croe
sus dona misit non insignia. Item fusilia ex argento orbiculata: necnon mulieris simula
crum tricubitale: quod delphi narrāt esse effigiē pistricis Crœsi super hoc donauit uxo
ris suæ monilia a colln pendētia: ac zonas quæ delphos Crœsus trāsmisit. Amphiarao
insuper cuius & uirtutem audisset & cladem: donauit clipeum ex auro totū: totāq; ex
auro solido cuspidem: & xystum cum suis iaculis aureum: quæ ambo ad meā usq; me
moriā apud thebas reposita fuerunt in Ismeni Apollinis templo. Hæc dona lydis qui
portaturi ad oracula erāt Crœsus iniūxit ut interrogarēt nunquid aduersus psas Croe
sus sumeret expeditionem & nū aliquorum hominum auxilia sibi asciceret. Lydi ubi
eo quo dimittebantur puenerūt donariis oblatis oracula cōsultarunt: In quiētes Croe
sus lydorum aliarumq; nationum rex ista in hominibus sola esse uaticinia sentiēs: iecit
eo qualia debita sunt dona dat uosq; pereōctatur nūquid aduersus persas pficiscatur
in expeditionem: & nū quem socialem asciscat exercitum. Atq; hi quidem hæc interro
gauerunt. Oraculorum autem in idem concurrebant sentētiæ prædicentes Crœso fo Cresi ora
re: ut si arma persis inferret: magnum imperium euerteret. Consulebāt tamē ut potē culum
tissimos quosq; græcorum ad comparandos sibi socios exquireret. His respōsis relatis
atq; auditis Crœsus ita elatus animo est: ut omnino cōciperet spem se euersurum eē im
periū Cyri: ac rursus mitteret delphos ad Pythiā dona ī singulos uiros: quos illic mul
tos eē audiebat bīos auri stateres. Ob q̄ nūera delphi uicissim Crœso lydisq; dōaret pri
mas ī cōsulēdo oraculo ptes: primūq; ī sedēdo locū atq; īmunitatē: & ius ppetuū cuiq;
uolēti ascribi ī nūero delphorū. Donis Crœsus psecutus delphos tertio uaticiniū popo
scit: q̄ uidelicet illud uerax sibi eē cōperisset. poposcit aūt nūqd diuturnū foret īperiū
sibi: Cui pythia in hæc uerba respōdit. Regis apud medos mulo iā sede potito. Tūc ad
scruposum fugere heremū strenue lyde. Nec præstare nec ignauū te esse pudendum
His ex uersibus cum allati essent multo magis quam ex cæteris uoluptatē Crœsus ac
cepit sperans fore ut nunq̄ apud medos mulus pro uiro regnaret: & proinde nec ipse Cresi o
nec posteri sui principatu abrogarentur. Post hæc putauit sibi curandum: ut poten raculum
tissimos quosq; græcorum sibi conciliaret. Idq; uestigando comperit lacedæmonios

atq; athenienses eos esse quod alteri in dorico genere:alteri in ionico antecellerent:
Nam de his ita antea iudicabatur:cum ab initio altera gens foret pelasgica:altera helle
nica hoc est græca:quarum hæc nunquã solum mutauit:illa assidue multumq; est per
Dorus uagata. Etenim sub Deucalione rege oram phthiotidem incolunt sub Doro. Hellenis
filio tractum:qui ad ossam & olympum iacet nomine Isticotem. Vnde a cadmeis eie-
cta coluit in pidno locum quem uocant macedonum. Rursus in dryopidem commi-
Dorica grauit:atq; ita in peloponnesum uenit:doricaq; cognominata est. Qua lingua pelas-
Tyrthenos gi sint usi:affirmare non possum:sed coniectura signorum licet dicere eadem qua nunc
pelasgi utuntur. qui supra Tyrrenos urbem crestonem incolunt:quodam tẽpore fin
Thessalia nitimi eorum qui nunc dores uocantur :tunc incolẽtes regionem:quæ nunc thessalia
nominatur: & placiam: & scylacem: cum pelasgi habitarent ad hellespontum: qui con
termini atheniensium erant aliaq; omnia pelasgica oppida nomen immutarunt. Qui
Pelasgi bus signis coniectantes oportet dicere pelasgos barbara lingua fuisse: & si tota gẽs pe
Helenes lasgica talis erat:gentem atticam utpote pelasgicam cum in Hellenes:idest græcos tran
siit linguam simul istorum perdidisse. Etenim neq; crestonitarum loquela cũ ullo cir-
ca populorum consentit: & placianorum ne secum quidem ipsa. Per quod declarant
quam linguæ figuram optinebant cum in hæc loca transierunt:eandem se nunc con-
seruare: At natio hellenica:idest græca ex quo existit eadem lingua semper est usa:ut
mihi uidetur:ideo imbecillis quod ex pelasgica fuit abscisa: & exiguo initio profecta:
mox in multas gentes augescens tum aliarum:tum præcipue barbararũ frequentia se
Pisistratus ad illam conferẽte. Quæ causa mihi uidetur fuisse cur gens pelasgica q; græca esset:ne
quaquã magnos profectus fecerit. Ex his igitur gẽtibus atticã Crœsus audiebat opti
neri:oppressamq; esse a Pisistrato Hippocratis filio. Hic enim ea tẽpestate tyrãnus at-
henis erat. Cuius patri cum priuatus spectaret olympia:ingẽs contigit portentũ. Nã
Ahena cũ hostiã immolasset Ahena ut ĩposita erãt plena & carne & aqua absq; igne efferbue
ferbuerũt runt:ita ut aqua redundaret. Quod portentũ cõspicatus Chilon lacædemonius: qui
Chilon forte aderat:suasit ei primum ne uxorem fœcundam duceret domum. Secũdo loco si
uxorem haberet eiiceret: & si quidem ex illa filium sustulisset abdicaret. Huius cõsilio
non persuasus Hippocrates hunc postea Pisistratum filium sustulit:qui in seditiõe lit
Megades toralium:quibus præerat Megades Alcimconis filius: & campestriũ:quibus præerat
Lycurgus Aristolandi filius tertiam seditionem excitauit tyrannidẽ affectans:contra
ctisq; seditiosis per causam tutandi mõtanos huiuscemodi rem machinatur. Seipsum
ac par mularum cum uulnerasset:agitauit illas ĩ forum tanquam elapsus ex hostibus:
quem rus proficiscentem illi prorsus ĩterimere uoluissent:Orare populum:ut aliquid
custodiæ circa se habere permitteret:cum prius specimen sui in expeditione:qua cõtra
megareas præfuerat. Capta Nisæ:aliisq; præclaris operibus editis:populus atheniẽsis
ita deceptus dedit ei quosdam e ciuibus delectos pro satellitibus:nõ qui hastas:sed cla
Pisistratus tyrannis uas ferrẽt Pisistratum sectantes. Cum quibus ille impetu facto arcem occupauit: & ĩ-
de atheniensium imperio potitus est:nullas neq; dignitates quæ erant perturbãs:neq;
consuetudines transferens:sed cõstitutis adhærescens:urbem bene atq; commode ex-
Megades ornauit. Eum tãdem nõ multo post tempore milites Megadis: & Licurgi:qui idẽ sen
Lycurgus ferant eiecerũt. Hũc in modum Pisistratus primũ athenas:tyrãnidẽq; nõdũ ualde sta
bilitã amisit cuius eiectores rursus ĩter se seditiões redite grauerũt:In q̃ seditiõe mega-
des satagens Pisistratum misso caduceatore inuitat nũquid uelit filiam capere uxorẽ

Accipiente conditionem Pisistrato: initur consilium de illo restituendo: res ut ego in-
terpretor longe stultissima: quoniam inde a priscis temporibus responsum erat græ-
cam gentem dexteriorem esse q̃ barbaram: & magis ab ineptiis abhorrẽtem: & si athe
nienses inter græcos feruntur sapientia principes: ex quibus fuerunt isti qui talia sunt
machinati. Erat in tribu pæanica mulier nomine Phya tribus digitis minus sta- phya mu
tura quattuor cubitorum: alioquin formosa. Hanc mulierem omni armatura cum lier
instruxissent in currumq; sustulissent compositã in eum habitum quo uenustissima
uidenda esset in urbem agũt: præmissis præconibus emissariis: qui cum in urbẽ ueni-
rent hæc mandata exequerentur ut dicerent. Athenienses bona mente excipite Pisi-
stratum quem Minerua ipsa præcipuo inter homines honore prosecuta in suam redu
cit arcem. Et hi quidem passim uadentes talia prædicabant: statimq; rumor emana-
uit in tribus Mineruam reducere Pisistratum. Qui in urbe erant credentes mulie
rem ipsam deam: fœmine supplicauerunt pariter & pisistratum acceperunt. Hunc
in modum quem diximus recuperata tyrannide Pisistratus ex pactione quam inierat
cum Megade illius filiam duxit uxorem. Verum cum & filii essent ei adolescentes:
& qui oriundi forent ex Alchmæone dicerentur obnoxii esse crimini piaculari nolens
ex nouo coniugio liberos tollere: haud legittime coibat con uxore. Quam rem cum ĩ
ter illicita occultasset: postea ad matrem retulit enunciaret id: nec ne: mater uiro indi-
cauit. Id iste iniquo animo ferens se a pisistrato contumelia affici: ut erat iratus mili
tes homini infensos reddidit. Quæ fieri pisistratus contra se anima aduertens e regiõe
prorsus abscessit: & ubi eretriam peruenit una cum filiis deliberabat: & cum sententiã
Hippiæ præualuisset de tyrannide rursus recuperanda aliquot ciuitates excitauerunt:
quæ ipsis non nihil beniuolæ erant: & cum aliæ complures pecuniæ multum contule-
runt. Tum uero thebani plurimum: post hæc non ita multo interiecto tempore om
nia ad reditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex pelloponneso argiui aderant mer-
cede conducti: & Naxius quidam nomine Lygdamus: qui ultro adueniẽs plurimum Lygda-
studii exhibuit allatis & pecuniis & copiis. Profecti ex eretria ãno uertẽte redierũt: & mus
primum in attica marathonem occupauerũt. Ad quos interea ibi castra habẽtes cum
seditiosi ex urbe se conferebant: tum alii ex tribubus confluebant: quibus erat tyrãnis
q̃ libertas iocundior: atq; ita congregabantur. Dum pisistratus pecuniam cogit: &
marathonẽ tenet: Athenienses qui intra ubem agebant: rem nullius momenti fece-
runt. Ac ubi acceperunt eum ex marathone urbem uersus mouere: ita domũ ad se de
fendendos obuiam tendunt. Et dum isti cum omnibus copiis ĩfesti in illos: & illi circa
pisistratum e marathone digressi contra urbẽm irent: & in eundem locũ cõuenissent:
perrexerunt ad mineruæ pallenidis fanum: altrinsecusq; arma posuerunt. Hic diuina
pompa fungens Amphilitus Acarnan uir ariolus: Pisistratum cui assistebat adiit: atq; Amphili
hæc hexametro carmine uaticinatus ẽ inquiẽs. Est nummus proiectus: itẽ sunt retia tus
tenta: Nocte meãt thynni claro sub sidere lunæ. Hoc ille oraculum diuino afflatus spi
ritu reddidit. Quod oraculũ pisistratus cõiectans: & se accipere affirmãs: ĩ atheniẽses
urbe egressos copias ducit. Ad illi tũc ad prãdiũ se cõuerterãt: & secundũ prandiũ par
tim ad somnũ In hos ĩpetu dato hi qui cũ pisistrato erãt in fugã uertũt. Quibus fu-
giẽtibus solertissimũ consiliũ pisistratus excogitauit ut atheniẽses nec amplius caperẽ-
tur: & tñ dissiparent: pueros iussos cõscendere equos ꝑmittit: qui assequẽdo fugien-
tes mandata pisistrati dicerent: iuberentq; eos bono animo esse & ad sua quenq; abire

Ita audientibus dicto atheniensibus: Pisistratus tertio potitus athenis tyrannidē sta/
biliuit tum auxiliariorum copiis: tum pecuniarum prouētibus partim a flumine stry/
mone comparatis: filios quoq; eorum atheniensium qui perstiterant nec uestigio fu/
gam fecerant pro obsidibus sumptos in naxum transtulit. Hanc enim insulam bello
subegerat: Lygdamoq; permiserat: cum ante hæc etiam delum insulam ex oraculis ex/
piasset. Expiauit autem sic. Quatenus profectus a templo ferebatur eatēus ex omni
loco mortuos effodit: In alium eiusdem insulæ locum transtulit. Igitur Pisistatus ty/
rannide potitus est atheniēsium: aliis in prælio: cæsis aliis una cum Alcmeonidis domo
profugis. Hunc ita atheniensibus imperantē ea tempestate Crœsus audiebat: lacedæ
mōios quoq; magnis e cladibus ereptos: & iā tegeatibus bello superiores esse. Quip
pe sub leonte & Hegeside in sparta regnantibus cum cætera bella prospere gessissent:
in tegeati tamen succubuerunt. Nam iam inde ante istos fere ex omnibus græcis pes/
sime morati fuerant tam circa se q̄ circa hospites: nullo consuetudinis conuersationisq;
Licurgus commercio: quæ instituta in melius mutauere Ligurgo: inter spartiatas, probata uiro
spartiata delphos ad oraculum profecto. Cui statim atrium ingresso Pithia hæc īquit. Ad mea
uenisti præ pinguia templa Licurge Grate Ioui: & cunctis qui tecta tuentur olympi.
Ambigo uaticiner sis utrum uir ne deus ne. Sed multo magis esse deum te spero licur
ge. Nonnulli præter hæc aiunt Pythiā ei disseruisse instituta: quæ nunc a spartiatis ser
uantur. Ipsi tamen lacedæmonii uolunt licurgum cum esset tutor & idem patruus leo
Leobo/tus boti spartiatarum regis e creta hæc attulisse. Siquidem cum primū tutor factus ē: om/
nia iura immutauit: deditq; operam ne quis ea præteriret. Deinde quæ ad bellum per/
tinerent iusiurandum conuentus commessationes super hæc īstituit tribūos plebis e
phoros ac senatores. Ita illi ad rectum uitæ genus translati sunt a licurgo. Quem uita
defūctum delubro ædificato egregie colunt. Ex quo cum bonitate soli: tum non exi/
gua hominum copia discurrerunt statim: ac benigne rē gesserūt. Nec amplius cōtenti
ocio frui cum se arcadibus præstantiores esse arbitrarentur: de omni illorum terra occu
panda oraculum delphicum consuluerunt: quibus Pithia respondit Me petis arcadiā
multis petis haud tibi tradam. Multi apud arcadiam uescētes glande uiri sunt. Qui te
reiicient: tibi ego haud inuidero quicquam Saltandum tegeā plāta plaudēte daturus.
Vtq; queas cāpum metiri fune feracem. Hæc responsa ubi accepere lacedæmonii a cæ
teris arcadibus abstinentes bellum intulere tegeatibus ferentes secum cōpedes uideli
cet captioso freti oraculo tanquam essent ipsi redacturi tegeatas in captiuitatem. Verū
congressi prælio ac fugati quicunq; eorum uiui sunt capti eisdem quas ipsi attulerūt cō
pedibus īductis campum tegeatem metiti fune coluerūt. Compedes quibus uicti fue
rant ad nostram usq; memoriam incolumes fuere circa templū Mineruæ Aleæ apud
tegeā suspensæ atq; superiore quidē bello lacedæmonii aduersus tegeatas assidue sem
Anaxan/dridas per male pugnauerant. Crœsi tamen ætate & Anaxandridæ Aristonisq; regum suorū
longe superiores contra eosdem extiterunt hunc in modum tales effecti. Cum semper
Ariston in bello a tegeatibus repellerentur missis delphos cōsultoribus: oraculum sunt sciscita/
ti: quemnam deorum placarent: ut tegeatum uictores existerent. His Pythia respon/
dit: id fore si ossa Orestis filii Agamemnonis referrent. Cuius urnam cum nequirent
Orestis ossa īuenire rursus ad deū mittūt de loco sciscitatum in quo situs Orestes esset: Hæc nūciis
interrogantibus ita Pythia inquit. Est pars arcadiæ tegeæ ī regione patēti Hic duo flāt
uenti ui peruchemēte coacti. Forma hostis formæ & plagæ superindita plaga. Hic aga

menonides terra omni parēte tenetur. Quo tu sublato tegeæ sperabere uictor. Vbi
hæc audierunt: nihil tamen minus inuentione frustrabātur: & si omnia disquirētes do
nec Lyches unus spartiatarū eorum qui benemeriti uocantur comperit. Sunt autem be
nemeriti ex ciuibus semper militia equestri perfūctis quini quot ānis: qui quo āno ex
equitibus spartiatis exeunt: ne torpescant alius alio mittuntur. Ex his lyches cum esset Lyches
rem apud tegeam adinuenit: fortuna pariter atque solertia usus. Nam cum lacedæmōiis
ac tegeatibus hoc anno commertium mutuo se adeundi esset: & iste in ærariā officinā
uenisset: intuebatur ferrum dum procudebatur: quo in spectaculo admirabundū ani
maduertens: faber ærarius intermisso opere quantomagis Lacō inquit hospes admira-
rere si idem: quod ego tu nosses: qui tanto opere admiraris ferrariū opificiū. In hac enī
forte puteum facere cum uellē: incidi in sepulchrum septē cubitorum: & quia īcredulus
eram oīo fuisse maiores q̄ nūc sunt homines: aperui undique mortuū æqualia atque sepul
chrū longitudine: quā ubi mensus sum iterum obrui. Hæc illo referente quæ uiderat
Lyches considerans coniectauit hunc ex oraculo esse Orestem hac uidelicet cōiectura Orestes
duos quidem quos cernebat excussoris folles totidem comperit esse uentos. Incudē cubitorum
uero & malleū formā formæ hostē: ferrū uero quod procuderetur plagā super inditā septem
plagæ accratione coniectabat quod in plagā hominis ferrum īuentum est: Hæc itaque secū
agitans spartā regressus rē oēm lacedæmoniis refert. Illi ex cōposito hoīem crimis cō
uictum exilio damnant Qui in tegeam profectus: & calamitatem suam referēs fabro
excussori conducit ab eo nolenti uendere cortem. Ibique aliquādiu habitās ubi rem co-
gnouit effosso sepulchro ossa collegit: eaque portās spartam rediit. Quo ex tēpore lace
dæmonii quotiens cum tegeatibus congressi sunt superiores extitere. Adeo ut multū
iam pelloponnesi eis pareret. Hæc itaque omnia Crœsus audiens misit nuncios spartā cū
muneribus ad rogandā belli societatem iussos dicere quæ oporteret. Ii postquam per
uenerunt nos aiunt Crœsus misit lydorum aliarumque gentium rex ita inquiens. Lacedæ
monii quoniā deus oraculum reddidit ut græcam mihi societatem ascisceremi: & uos
inter græcos antecellere audio: statui uos mihi in societatem ex oraculo prouocādos ad
incundā mecum quam cupio amicitiam atque societatem citra dolum fraudemque. Crœ-
sus hæc per legatos nunciauit. Quorum aduentu lacedæmonii: qui & ipsi oraculū au
dierant gauisi: fœdus cum eis hospitii societatisque inierunt. Etenim iam antea īterced-
bant nonnulla Crœsi in lacædemonios beneficia. Nam cum illi misissent sardis ad au
rum comendum quo usuri erant in id simulacrum: quod nunc positum est apud laco-
nicam in thornace Apollinis eo auro sunt a Crœso donati. Qua de re lacedemonii
quodque se amicos ille delegisset: societatem admiserunt: & hoc denuncianti sese para-
tos exhibuerunt. Quod ubi fecerunt pateram æneam labiorum tenus frequentibus
animalibus cælatam triginta amphorarum capacem dono afferebant uolentes. Crœ-
sum remunerari: sed eam sardis non pertulerunt propter alterutram harum quæ fe-
runtur causarum. Lacedæmonii quidem aiunt hanc pateram cum ferebatur sardis cū
samum appulsi essent: a samiis fuisse interceptam: qui cognita re nauibus istos longis
aggressi fuere. Ipsi uero samii lacædemonios qui pateram portabant sero uenientes
cum audissent Crœsum captum esse cum sardibus illam in samo uendidisse uiris pri
uatis: qui eam Iunonis templo dedicauere: & illos qui uēdidissent spartam reuersos
forsitā dixisse a samiis sibi fuisse ereptā. De patera ita res se habet. Crœsus elusus ora-
culo aduersus cappadociā exercitus cōparabat spe & Citum & potētiā psicā euertēdi.

Sādanis Cui in hac apparāda expeditione occupato: Lydus quidā nomine Sādanis & antehac
pro circunspecto habitus: & ob hāc quā dixit sententiam plus nominis apud lydos cō
secutus: hunc in modū Crœso cōsuluit. Aduersus tales uiros expeditionē paras rex q
coriacea subligacula: qui e corio reliquā uestē ferunt: qui non quibus uolunt cibis ue-
scuntur: sed quos habent utpote regionem asperā icolentes. Ad hæc potu nō uini utū
tur sed aquæ: non ficos ad comedēdum nec aliud quicquā boni hn̄tes. Quibus cū ni-
hil sit qd eripies si uiceris. Sin uictus fueris aīaduerte quot bōa amittes ubi gustaue
rint illi nostra bōa circūsistent nos: nec abigi poterūt. Equidē diis habeo gratiā qui nō
induxerunt in animum persis: ut lidos inuaderent. Hæc locutus non tamen crœsum p
suasit. Etenim persis antequā lidos subigerent nihil erat neq̧ lautum neq̧ opiparum.
Cappa- Porro capadoces a græcis siri nominantur: & erant hi siri antequam persæ iperitarent
doces ditionis medoꝝ tunc autem Crœso parebant. Si quidem iperiū medicū ac lidum di-
Syri sterminabat fluuius halis: qui ex armeno monte pfluens primum cilicas: dehinc man
Halys tienos qui sunt ad dexteram: & phrigas qui sunt ad leuā. tum boreā uersus tendens sy
Matieni ros: cappadoces: paphlagonesq̧ interfluit: cappadoces a dextera paphlagōes a sinistra
perstringens. Ita flumen halis cuncta fere superiora asiæ a mari: quod cipro obnoxium
est ad euxinum usq̧ pontū dirimit dorsum oīs regionis longitudine quinq̧ dieꝝ itine-
ris uiri expediti aduersus capadociā Crœsus cū exercitu proficiscebatur: cupidus cum
Astiages hāc partē soli fœcūdi suo adiiciendi: tum uel mapis fiducia oraculoꝝ Cirum ulciscendi
Ciaxares propter Astiagē Ciaxari filium medoꝝ regē affinē suū: quē Cirus Cambisis filius præ
lio uictū ceperat. Erat autē Crœso astiages hunc in modū affinis. Apud scitas pecuari-
os cū esset seditio caterua quedā eoꝝ secessit i terrā medicā: qua tēpestate medoꝝ tyrā
Phraor- nus erat Ciaxares Phraortis filius Deiocis nepos: qui scitas hos tāquā supplices initio
tes bēigne alloquebatur: ac plurimi faciebat: adeo ut pueros eis traderet ibuēdos: tū ligua
scithica: tū artificio arcus utēdi. Interiecto deīde tēpore cū scithæ uēatū assidue irēt: &
semp afferrēt: nōnūq̄ tn̄ cōtingebat ut nihil caperēt. Quos ita reuertētes inanibus.
Ciaxares. (Erat enī cum igenti tenebat ira peracerbus) pbris isectabatur. Id illi ut se
indignum a Ciaxare pati non ferentes consilio habito decreuerūt: ut aliquē eoꝝ pue-
roꝝ quos docerent trucidarēt: Instructumq̧: ut feras instruere consueuerant: Ciaxa-
ri offerrēt p inde atq̧ uenationē. Idq̧ cum obtulissent quam cellerrime se ad Aliattē Sa
diacis filium sardis conferrēt: quod & factum ē Nam & Ciaxares & qui aderant conui
uæ ex his carnibus gustauerunt: & scithæ perpetrato hoc Aliatte se supplices prebue-
runt: quos postea reposcenti Ciaxari q̧ Aliattes reddere abnuerat: bellum inter lidos
medosq̧ quinquennale conflatum est: quo in bello aliquotiens lidi: aliquotiens medi
uictores extiterunt & nocturnum quoddam prælium gesserūt: sexto anno signis colla
tis: cum æquo marte certarent stante acie contigit ut repētedies nox efficeretur. Quā
Thales imutationē huius diei futurā Thales milesius ionibus prædicauerat huncannū præfi
milesius niens: quo immutatio facta ē. Lidi ac medi ubi diem noctescere uiderūt: a pugnando
Solis ecli destiterunt: coq̧ propēsius ad pacē inter se constituendam festinarunt auctoribus cō-
psis uentionis Sinesi Cilice: & Labineto babilonio: qui & iusiurādū itercederet: & reconci
liatio affinitate fieret: properarunt decernētes ab Alyatte Arienam filiam Astyagi Cy
Aticna axatis filio nuptam dandam quoniam sine uehementi necessitate conuentiones stabi
les iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cetera ritu græcorum: tum
feriendo brachia qua illa humeris connectuntur: ac mutuum sanguinem delingendo:

Hunc igitur Astyagē auū suū maternū Cyrus bello uictū tenebat ob eā q̄ i sequētibus Astyages
tur mari. Conabatur hunc fluuium gynden traiicere cum nō possit nisi nauibus traiici Opus
Interim ei quidam e sacris equis candidis petulanter ingressus fluuium tran- urbs

site conabatur: hunc fluuius uerticibus cõtorq̃ns obruẽdo abripuit. Cyrus p̄q̃ ægre
ferens hanc fluminis iniuriã illi cõminatus est se sic redditurꝫ eum tenuem: ut post hac
facile uel a mulieribus trãsiri posset ne genua quidẽ tīgentibus. Hæc minatus expedi-
tione ĩ babilonẽ ĩtermissa copias suas bifariã diuisit: dehĩc alueos ad funiculũ designa-
uit cẽtenos: & octogẽos utrinq̃ ad gindis labra oĩno cõuersos quos distributis copiis
effodi iussit. Et opus quidẽ ut q̄d a tãta multitudine fieret p̄ficiebatur: tamen ĩ eo faci
[Gyndus fluuii riuuli] endo eã æstatẽ triuerũt. Cyrus ubi Gyndẽ mulctauit ĩ tercẽtos & sexaginta riuos didu
ctum: & alterꝫ uer illuxerat. Ita porro ire babilonẽ p̄git babiloniis cũ p̄ducto exercitu
p̄stolãtibus. Q ui ubi p̄pius urbẽ ille p̄mouit cũ eo cõflixerunt: p̄lioq̃ fugati in oppi
dũ se receperunt. Ii tñ quia cirum iãpridẽ aĩaduerterãt inquietum esse: uiderãtq̃ oẽs
pariter gẽtes aggredientẽ: cõportauerãt multorꝫ sane annorꝫ cõmeatus. Ideoq̃ tũc ob-
sidionẽ nullius momẽti faciebãt. Et cirus cũ iã lõgo tp̄e nihil admodum res p̄ficerent
ĩops cõsilii erat. Tandẽ siue alius ei anxio suggessit: siue ipsi ĩ mentẽ uẽit quid in rẽ esset
sic statuit faciẽdũ. Instructis uniuersis copiis: p̄tim q̄ fluuius urbẽ ĩgreditur: p̄tim a ter
go q̄ egreditur: p̄cipit ut dũ cernerẽt alueũ posse trãsiri: illac urbẽ ĩuaderent. Ita instru-
ctis atq̃ admonitis suis cũ ĩutiliori exercitus p̄te abiit ad stagnũ. Eo ubi p̄uẽit: quæ ba-
bilonioꝝ regina fecerat apud flumen: & apud stagnum quod erat palus eadem ipse fe
cit. Nã reuocato flumine alueum eius pristinum uado transibilem reddidit. Id tale ubi
actum ẽ: p̄sæ qui ad hoc ipsum instructi erant p̄ alueum unde fluuius euphrates absces
serat: medioꝝ fere femoꝝ tenus grauiter babilonem ĩtroierũt. Q uos babilonii si fa-
ctũ Ciri prius aut audissent aut sensissent haud dubie contẽpto eoꝝ ingressu pessimo
exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferũt portulis: conscensisq̃
septis: ipsi pro ripis stantes illos progressos ueluti in cauea excepissent. Nũc ex inopina
to eis p̄sæ astiterũt: & cũ rapti essent q̄ media urbis incolebãt babilõii: propter eius tñ
[Babylon a ciro capitur] magnitudinẽ nõ sentiebatur: ut fert ab his q̄ circa extrẽa habitabãt. Sed forte quoniã
dies festus eis eẽt exercẽdis choreis atq̃ oblectatiõibus opa dabatur donec plãe rẽ aĩad
uerterũt: Atq̃ ita primũ capta ẽ babylon. Cuius ciuitatis quanta sit potentia cũ ex aliis
multis pandam: tum uero ex hoc q̄ cum regi magno omnis plaga: cui ĩperat: sit distri-
buta in ipsius atq̃ exercitus eius alimentũ: p̄ter tributa ex duodecim q̄bus annus con-
stat mensibus q̄tuor regio babilonia octo reliquis eũ oĩs asia alit. Ita huius regiõis potẽ
tia tertiã asiæ partem æquiparat: & eius p̄tincipatus q̄ uẽ satrappiam p̄sæ uocant oĩum
prouinciaꝝ longe est optimus: Adeo ut Tritæchimæ Artabazi filio qui pro rege tribu
[Tritæchimas] tum hoc exigebat singulis diebus singulæ argenti plenæ artabe penderẽtur. Est autem
artaba mensura p̄sica capatior q̄ atticus medimnus tribus chœnicibus atticis. Ad hæc
[Artaba mensura] erant ei peculiares equi præter bello destinatos admissarii octingẽti cum equarum qui
bus admittebantur sexdecim milibus. Nam singuli ad uicenas admittuntur. Præte-
[Admissarius ad uicenas eq̃] rea canum indicorum tanta allebatur multitudo: ut ad præbenda eis cibaria q̃ttuor in
eadem planicie magni uici attributi essent aliorum tributoꝝ immunes. Atq̃ hæc præ-
sidis babilonis peculiaria erant: In Assyriorum terra parum pluit. quod in ea frumen-
[Asyriæ siccitas] ti germinat. Id demum est: quod ex flumine irrigatur. Irrigatur autem seges & fru-
mentum prouenit non quemadmodum in ægypto flumine sua sponte in rura ascen-
dente: sed manibus atq̃ serobibus irrigatum. Etenim babilonica regio omnis quemad
modũ egiptiaca distĩguit ĩ fossas quaꝝ maxĩa nauibus trãsiri põt ad solẽ hibernũ uer-
gẽs ex euphrate exiẽs in tigrim alterꝫ flumẽ iuxta q̄d urbs Ninus sita erat. Hæc regio

omnium quas nos uidimus longe optima est dūtaxat ferendo frumēto. Nā in arbo-
ribus ferendis: ficu: uite: olea nequaq̄ de principatu cōcēdit. Cereris āt fructu perean
do adeo ferax ē: ut nonq̄ non fera ducena reddat: & ubi præstās bonitate se uicit ēt ad
tricena. Q uaternū fere digitoꝝ latitudīe triticeis atq; ordeaceis foliis. Milii uero ac se
sami pcēritatē instar arboꝝ: & si mihi cōpertam: tn̄ memorare supsedeo pbe sciēs his
qui nūq̄ babyloniam regionē adierūt: q̄ de frugiferis dcā sunt p q̄ incredibilia uisū iri:
Oleo uentiq; utuntur nisi quod ex sesamis faciūt. Sunt eis passim p oēm regionē pal
mæ sua sponte nascētes pleræq; fructiferæ: ex qbus & cibos & uinū & mel cōficiūt cu
rātes more ficoꝝ. Haꝝ ut aliaꝝ arboꝝ græci masculas uocāt: quaꝝ fructum his q̄ pal
mulas ferūt alligāt: ut illinc prodiens culex palmulas penetrās cogat maturescere alio
quin occasuras. Musculæ eni in fructu culices ferunt: quēadmodum captifici. Venio
ad id quod ex omnibus quæ de ea regione secundū ipsam urbē mihi summo miracu-
lo est differendū. Nauigia illoꝝ quæ per flumē cōmeant babilonē oīa sunt orbiculata
atq; corriacea: quæ pecuarii armenii: qui supra assirios incolūt. ex cæsis salicibus faciunt
instruūtq; pellibus nudo illaꝝ extrinsecus posito in modū soli: neq; puppe discreta: ne
q; prora acuminata: sed in speciem clipei magis orbiculata: Tale nauigium stramentis
stipatum fluuio deferendum permittunt: cum aliis rebus tum uero doliis e palmula
tum uino onustum dirigentibus illud duobus uiris stantibus cū totidē palis quoꝝ al
ter introrsum palam trahit alter exterius pellit. Fiunt āt nauigia hæc & magna admo
dum: & minora: quoꝝ maxima quæq; ferūt pondus qnq; miliū talētorum singula sin
gulos asinos uiuos intus habentia: maiora & iā plures. In quos illi postq̄ nauigantes
babilonem peruenerunt: onusq; distraxerunt: lignaq; nauigii: atq; omnia stramēta ad
duxerunt: pelles congerunt: & eos in armeniam agitant. Aduerso enim flumine naui
gari præ illius rapiditate nullo pacto potest. Q ua ex causa non ex lignis: sed ex pelli-
bus nauigia fiunt. Idem ubi asinos agitando in armeniam redierunt: alia ad eundem
modum nauigia cōparant. Et naues quidē eorum tales sunt: Amictu autē tali utūtur
Duabus amiciuntur tunicis: una linea usq; ad pedes demissa. Altera sup hanc lanea: po
stremo cādida & breui penula circundantur. Calceos gerunt gentis more soleis theba
nis simillimos. Capita habentes comata mitris redimiunt unguētis toto corpore deli
buti ānulum signatoriū singuli gestant: & sceptrum effabre factum: cui superstat aut
malū: aut rosa: aut lilium: aut aquila: aut aliud quippiam. Nam absq; insigni gestare sce
ptrū ipsis nefas ē. Atq; hic eorum corporis est cultus. Leges uero quæ constitutæ ab
ipsis hæ sunt. Vna quidē prudentissima. Altera āt quantum ego sentio: qua enetos ex
illyriis audio uti p singulos pagos. Semel quotannis ista fiunt. Vbi uirgines effectæ
sunt nubiles eas cōgregant: & uniuersos unū in locū cōducūt: quas circūsistente uiro-
rū frequētia surgēs pco sigillatim uēdit: sed primū pulcherrimā oīum scdm hanc ut q̄
plurimo uēditur auro. Aliā euocat: quæ post illā ē speciosissima. Vēdūtur āt in contu-
bernium quaꝝ pulcherrīas quasq; babilonii: q locupletes. & iidē cælibes sunt mercan
tur ut qsq; licitādo alteꝝ supat. At ex plebe qui sunt cælibes his non est opus pulchra
forma: iō pecunias ac turpiores accipiūt uirgies. Nā præco ubi uirginū speciosissima
rū peregit uenditionē: excitat deformissimam si quis illoꝝ mercari uolētes existat: edi
citq; quisquis uelit quā minimo auri sumpto eam in matrimonium habere donec illi
qui minimo contentus est fœmina addicitur. Ita aurum ex speciosis uirginibus confi-
citur: & per easdem cuicunq; uolenti deformes ac debiles collocantur. Q uaꝝ nullam

Babylonia regio fertilissima

Babyloniorū nauicula

Babyloniorū cultus

Babyloniorū leges

Babyloniæ puellæ

cuiqꝫ ẽptori fas erat sine fideiuſſoribus abducere: ſeddatis fideiuſſoribꝫ de cõtubernio
uxoris: ita demũ licebat abducere: ſi de hoc non conueniebat. lex lata erat ut aurꝫ ille re
dhiberet. Quibꝫ ẽt ex alio pago uenientibus licebat uxorem mercari ſi uellẽt. Hæc apđ
eos honeſtiſſima lex erat ꝗ tñ ñ pſeuerauit: Nouiſſime aliud quiddã excogitauerũt ne
quis fœcias iniuria afficiat: neue qs aliã in urbẽ abducat. nã poſtea ꝗ expugnati male ac
cepti ſunt: rẽqꝫ domeſticã abſumpſerunt: unuſqſqꝫ plæbeus ob uictꝰ inopiã filias ſuas
adigit ad qſtũ corpore faciendũ. alterã itẽ ſapienter condiderũt legẽ lãguentes efferẽdi
in forꝝ. Neqꝫ. n. medicis utuntur: ut de illoꝝ lãguore conſulãt q eos adeũt: ſi qs & ipſe
eundẽ paſſus ẽ morbũ: aut aliũ uidit patientẽ. hæc uiri qui illos adeũt conſulũt: hortan
turqꝫ ad ea q ipſi faciendo effugerit ſimilẽ morbũ: aut aliũ nouerit effugiſſe. Nec fas ẽ
cuiꝗ lãguentes ꝑterire ſilẽtio: nec añꝗ explorauerit quonã laboret ille lãguore. Sepul-
chra eiſdẽ ĩ melle ſunt: luctus funebris illi ægiptioꝝ pſimilis. Quotiẽs cũ uxore miſce
Babylo- tur uir babylonius adhibito thimiamati aſſidet: & ex aduerſo mulier idẽ facit. Sub di-
niorum luculũ abluũtur ambo: nullũ uas priuſꝗ ſe abluerunt tacturi. eadẽ & hæc arabes faciũt
ægri Hæc ſunt babilonioꝝ inſtituta. Quoꝝ tres ſunt familiæ: ꝗ nullo alio niſi piſcibus ui-
Babylo- ctitãt. Quos captos ubi arefecerũt ad ſolẽ hoc faciunt. In pilã deiiciunt: ac piſtillis pin
niorum ſunt. Deĩde linteis conſeruãt unde quiſquis uult cõſpergit: offamqꝫ facit: quã ĩ modũ
ſepulcra panis torreat. Cyro poſt hãc gentem ab eo ſubactã: inceſſit cupido maſſagetas in ſuã
Cyrus in ptãtem redigendi quæ gẽs fertur & magna eſſe & robuſta ad auroram ſoliſqꝫ ortum
maſſage ſita trans araxem fluuium regione iſſedonorum uirorum Sunt qui dicant eã ſcythi-
tas cæ natiõis. Araxes Iſtro maior: & idẽ minor eſſe memoratur: & in eo frequentes inſu
Maſſage læ leſbo pares magnitudine: & hoĩes qui illos incolunt æſtate ueſci radicibus quibuſ-
tæ cunqꝫ quas ipſi euellunt. Arborum autem fructus quos maturos cõperiunt in cibum
Araxes reponere quo per hiemẽ ueſcantur. Apud eos etiam inueniri arbores talem fructum
ferentes: qui iactus in ignem ab his: qui ad ſe calẽfaciẽdus conuenerunt foco circunſe
dentes incenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo: ut uinum græcos. Et eo uæhementius
quo plus eius fructus fuerit iniectũ quoad cõſurgatur ad tripudiandũ: ac perueniatur
ad cantum. Atqꝫ hæc fertur eorum eſſe uiuendi conſuetudo. Araxes porro fluuius a
mantienis quidem unde & gyndes: quem Cyrus in trecentos ac ſexaginta diduxit ri-
uos fluit: ſed per ſexaginta ora prorũpens: quæ uno excepto in paludes: eluuieſqꝫ euol
uitur: ubi feruntur homines habitare: qui crudis uictitẽt piſcibus & pro ueſtibus utã
tur uituloꝝ marinoꝝ pellibus. Reliquũ illud per apertum fluit in mare caſpiũ qđ ma
re per ſeſe eſt: nec ullo cum alio commiſcetur. Nã & illud quod græci omne ꝑnauigant
Caſpiũ & id quod extra colũnas uocatur atlãticũ & rubrum idẽ eſt mare. Caſpium uero alte-
mare rum acp ſeipſum eſt longitudinis quindecim dierum curſu nauis quæ remis utatur:
Rubrũ latitudinis ubi ſpacioſiſſimum eſt octo dierum: qua ex parte ad ueſperꝝ uergit caucaſo
mare prætentũ mõte tum maxime uaſtitatis: cum ſummæ altitudinis multas atqꝫ in ſe om
Cauca- nifarias gentes habente: ac pleraſqꝫ omnes agreſti materia uictitantes: ubi arborꝝ fron
ſus des his quæ ſunt apud nos ſimiles feruntur eſſe quibus cõtuſis & aqua dilutis illi ani
malia ſibi per ueſtes inſcribere dicuntur: eaqꝫ animalia nunquam elui: ſed perinde atqꝫ
ab initio eſſent intexta ſic cum reliqua lana ueteraſcere: Hoꝝ quoqꝫ hominum cõcubi
Caſpiũ tus ſicuti pecorum ĩ propatulo eſſe: & ad ueſperam quidem uergẽs hoc mare: qđ ca-
mare ſpium uocatur caucaſus cohibet: qua uero parte uergit ad auroram oriẽtẽqꝫ ſolem pla
nicies excipit proſpectu immenſæ magnitudinis. Quam ſpacioſam planiciem nõ ex

minima parte massagetæ possidēt: quibus bellū Cyrus īferre cupiebat multis ac ma
gnis sollicitatus icitatusq; cāis. Primū sua genitura: qd uidebatur maius qdē hoīe esse
Secūdo loco fœlicitate qua fuerat usus aduersus hostes. Q uācūq; n. gētē Cirus inua
serat: ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat autem massagetarū regina defuncto
uiro Tomiris nomine: Ad quā io coniugium petendā cirus misit uerbo dūtaxat uolēs Tomyris
eā habere uxorē. Animaduertēs illa nō se in cōiugiū: sed regnū massagetarū peti: accef regina
sum ciro interdicit: postea cirus cū dolus n̄ pcederet: pgressus usq; ad araxē aptē īfesto
cū exercitu in massagetas tēdit: Flumē pōtibus iūgit qbus copias traiiciat factis ex na
uibus turres desup ædificās. Ad quē in hoc labore occupatū tomyris caduceatorē mi
sit q diceret. Rex medorū desine incūbere ei q incumbis nescius an ista q constituisti ti
bi conducibilia erūt. Omisso īcepto apud tuos ipsius regna. & nos sine finiū: quorū su-
mus pncipes esse. Verū tu admōitionibus his uti noles: & oīa males q ociū. Q d si tan
tope affectas lacessere massagetas. fer quā sustīes erūnā: sed desiste iūgere fluuium a
quo nobis tridui itīere digressis traiicito ī nostrā regionē. Aut si maius nos excipe ī ue
strā tu hoc idē facito. Hæc ubi cirus audiuit accitis psarū pmoribus coactisq; in mediū
rē ppōit cōsulēs utrū sibi agēdū cōstitueret. Illorū in idē cōuenere sniæ iubētiū recipi in
ipsorū regionē cū suo exercitu tomyri. Q uā sniam Crœsus lydus cū adesset: iprobat Crœsus
ī cōtrarium differēs his uerbis. Eqdē tibi rex ēt antea dixi qn̄quidē Iuppiter tibi me Cyro cō
tradidit: qequid aīaduertero errati in tua domo: id oē me p uiribus auersurū. Nā meæ sulit
ruinæ & si iogratæ: mihi tn̄ extitere disciplīæ: Si tibi eē uideris īmortalis & eiusmodi
exercitui pesse: oihil ē opus ut meā tibi dicā sniam. Sin uero te quoq; agnoscis hoīem
& istis eiusmodi præesse: illd ī pmis discito humanarū rerū circum eē: q rotatus speos-
dē fortuoatos eē nō sioit. Ideoq; de hac quā pposuisti re secus ego atq; isti sentio. Si n.
hostes in terrā nostrā uolemus excipe: Id tibi ex hoc periculū erit: ne fugatus oē amit Fortūæ
tas iperium: quia haud dubie uictores massagetæ nō se retro fuga recipient: sed tuas circus
puincias adorientur. Victor āt tu nō adeo multū uincis: q multū si traiiciēs in terrā il-
lorū uictis massagetis instabis fugientibus. Hoc. n. p illo substituto cōsiliū: ut uicto ho
stium recta pgas ad subigeodū Tomyridis regnū. & quidē sine duce. Deforme est. n.
atq; intolerabile Cirū cābysis filium mulieri cedētem detractare pugnā. Itaq; mihi pla
cet traiectis copiis pcedere eousq; dū illi io occursum pdeāt: atq; dehīc ita faciendo da
re operā ut illos superemus. Nāq; ut ego audio massagetæ bonorū sunt psicorū insue
ti: & magnorū cōmodorū exptes. His ergo uiris ppone in nostris castris īstructarum
affati epularū magna ui pecorū interfecta: cū magna ēt ui poculorū uini meri atq; oīs ci
bariorū generis. Hoc ubi fecerimus ībecillissimis quibusq; militū ibi relictis cum reli-
quis ad flumē nos recipiāus. Q uibꝰ tātis bōis illi cōspectis: nisi me fallit opinio: se ad
ea cōuertent. Vn̄ nobis supererit facultas magnas res perpetrādi. Atq; hæ quidē in di
scessionē uenere sniæ. Cyrus āt priori repudiata: Crœsiq; probata snīa īduxit Tomiri
ut retrocederet: utpote aduersus illā traiecturo. illā qnēadmodum a principio spopon
derat regressa est. Cirus in Cambisis filii sui cui regnum tradebat manus præbuit crœ Cābyses
sum: ac maiorē in modū ut hoīem honore beneficiisq; prosequeretur præcepit: si sua cyri filius
aduersus massagetas traiectio noo rectore cederet. Hæc ubi præcepit: eosq; remisit in cyri som
persidem: ipse cum copiis suis flumē traiecit: Transmisso Araxe ubi nox aduenit: ui nium
dit p quietē talem uisionē. Videbatur Cyrus ī sōniis cerne re maximū natu filiorum hysta-
Hystaspis habentē in humeris alas: quarum altera asiam: altera europā inumbraret spes

Erat Hystaspi achæmeoidi Arsanieni filio ex liberis natu maximus darius: tūc ferme
uicesimū ætatis annū agēs ī psīde relictus ꝙ nō maturus militiæ eēt. Exprectus Cirus
uisum suū ītra se retractabat: qđ cū ei magni momēti uideretur uocato histaspi remo
tis arbitris inqt. Filius tuus histaspes mihi atq; regno meo insidiari dꝓræhēsus ē hoc
unde pculd ubio noueri: p me noscas licet. Dii mihi ꝙ mei curā gerunt: q̄cunq; euētu
ra sunt oñdunt. Siqdē pxima nocte inter quietē uidi liberoꝝ tuoꝝ natu maximū ī hu
meris hñtem alas: quaꝝ altera asiā, altera europā inūbraret, ex quo uiso nulla tergiuer
satio ē quin ab illo mihi tēdantur insidiæ. Qua pp tu q̄ raptissime ī psidē reuertere: fa
citoq; ut cū ego subactis massagetis illuc rediero: filiū tuum mihi sistas ad cām dicēdā
Et cyrus qdē hæc locutus est scilicet ꝙ sibi īsidiari Darium suspicabatur. At dæmon ei
portēdebat ipsum ibi mortē oppetituꝝ: & eius regnū ad Dariū eē pueturꝝ. Respon
dēs illi Hystaspes absit inquit rex ut quispiā uir genere psēs tibi moliatur īsidias. Qui
si qs sit: is p̄mo quoq; tpe morte mulctetur. Tu. n. psas ex seruis liberos: ex subditis ali
orū hoīum dños effecisti. Qđ si q̄ tibi uiso filiū meum īdicat rebus nouis cōtra te stu
dēte: ego tibi eū exhibeo ꝓ tuo arbitratu utēdum. Hoc reddito rñso hystaspes atq; ara
xe traiecto ꝓgressus unius diei īter: q̄ Crœsus admōuerat exequitur relictisq; illic ī bel
li pte copiaꝝ mox cū expedita manu ad araxē reuertitur. Hos itaq; relictos ex ciri exer
citu aggrediēs tertia massagetanī exercitus ps sese defensātes īterimit. Eadē cōspecto
epularꝝ apparatu post aduersarioꝝ cædē ad epulādū discūbit: refertaq; cibo ac uino so
poratur. psæ supueniētes hoꝝ multos occidūt multoq; plures uiuos capiūt: cū alios:
Sargapi tū uero ducē coꝝ reginæ. Tomyridis filiū cui nomē erat Sargapises. Tomiris cogni
ses capit' to exercitus ac filii sui casu misso ad cirū caduceatore ita inquit. Inexplebilis eruore cy
re ne spūs tollas ex hoc qđ actū ē. Si fructo uiteino: quo ipsi distēti adeo despitis: ut de
scēdēte in corpus uino īproba a uobis uerba fundantur: Tali ueneno filiū meū uicisti
dolo non prælio supior. Quare meū admitte cōsiliū bñ tibi cōsulētis. Abi reddito mi
hi filio ex hac regiōe ferens īpuneq; tertiā massagetaꝝ partem ꝓfligasti. Quæ nisi
feceris p solē iuro massagetaꝝ dominum fore: ut ego te & si insatiabilē eruore: tamē
satiem. Hæc uerba ad se plata Cirus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomiridis Spar
gapises: ubi uino laxatus didicit se ī malo eē: exorauit a Ciro ut uinculis solueretur.
Statimq; cum solutus est: ac manuum cōpos effectus seipsum interemit. Atq; hic qdē
talem obiit mortem. Tomiris autē qñ Cirus ipsam nō auscultaret: contractis suis co
piis ita conflixit cum Ciro: ut hanc pugnā ex omnibus quæ inter barbaros extiterūt
acerrimam censeam extitisse: quāq; ita gestā fuisse accipio. Primum utrosq; spatio in
ter se distātes sagittas egisse: deīde sagittis absumptis cōcurrētes lāceis pugionibusq;
fuisse consertos: ac diu pugnātes perstitisse neutris fugere uolētibus. ad extremū mas
ciri mors sagetas superiores extitisse: ibiq; cum p magnā exercitus persici partem. Tum uero cy
cyr i an rum ipm occubuisse: cum unum de trigīta oīno regnasset annos. Cuius cadauer, in
nos xxix ter cæsoꝝ persaꝝ stragem Tomiris exquisitum cū inuenisset: caput in utrem demisit
in regno quem humano eruore compleuerat: mortuoq; insultans inquit. Tu quidē meū uiuē
Massage tis & in pugna uictricis filiū pdidisti dolo captū. At ego te ꝑut interminata sum eruo
taꝝ ritus re saturabo. Hæc de Ciri uitæ exitu: de quo cum multa referantur: is q mihi maxime
Sāgares uerisimilis uidet' a me cōmemoratus ē. Massagetæ & amictū gerūt: & uictū hñt sei
idest pu thico similē: ex eqs præliātur: & pedibus: Vtroq;. n. genere ualēt. sagittarii itē atq; ha
giones statis āgares hoc ē pugiōes e mor gestātes. ī oībus auro utētes & ære. Vtūt nāq; ære

in oībus quæ ad hastas:ad pharetras:ad sangares ptinent. Auro āt ī cūctis q̄ ad capitis ad balteoꝝ:ad axillaꝝ ornamētū spectāt. Equoꝝ itidē pectoribus æreos thoraces circundāt. Circa frenum frenaq;: & phaleras auꝝ adhibent. Ferro atq; argento nihil prorsus utentes:quoꝝ in regionem cum immensa sit auri atq; æris copia:ferri tñ atq; argēti nihil est. Moribus his utuntur. Singuli quidem uxorem ducunt:sed ea cōiter utuntur. Nam quod græci memorant facere scithas:id non scythæ faciunt:sed massagetæ. Siquidem uir massageta quotiens libidine capitur mulieris.suspensa ad plaustꝝ faretra sine pudore concumbit. Terminus uitæ nullus eis propositus est:ubi quis admodū senuit:eum conuenientes proximi quiq; cognati īmolant:& cum eo aliquot pecudes:quaꝝ carnibus ꝓ epulo ubi decoxerūt uescuntur:qd genus obitus apud eos beatissimum hētur languore extinctos non edunt:sed terra opiunt loco damni putātes q̄ ad immolationem non uenerunt. Nihil omnino serunt:pecoribus uictitant:piscatuq; qui eis abunde ex araxe fluuio suppeditat:ac lacte quod potitāt. Ex diis unū Solem uenerantur:cui equos immolant. Hic autem est eis mos sacrificandi:ut deorum pnicissimo e pecoribus omnibus pernicissimum mactent.

Massagetarū uxores

Massagetæ senes īmolātur

Sol deus

Equi soli īmolātur

Herodoti Halycarnasci Historiarum Liber Secundus.qui inscribitur Euterpe Laurentio Vallense Interprete.

Yro uita functo regnū suscepit Cambyses eius filius & Cassandanæ Pharnaspo genitæ:quā ante uirū defunctā Cirus & ipse ī genti luctu ꝓsecutus ē. & cæteris qbus īpabat:lugeri p̄cepit. His parētibus ortus Cābises cū iones & æoles ꝓ hereditariis sibi seruis existimaret:aduersus ægiptios fecit expeditionē cōparato cū ex aliis:tū uero e græcis:quibus dānabatur exercitu. ægyptii priusq̄ apud eos regnaret Psāmieticus:oīum hoīum se priores extitisse arbitrabantur:uerꝫ Psammiethico regnū adepto cū incessisset cupido noscēdi:q̄ iā primi hoīum extitissent:ex eo tpe putauerunt phrigas q̄ se priores extitisse:se uero q̄ cæteros. Enimuero psammiethicus ubi sciscitando quinā primi hominū extitissent nullum exitū inuenire posset:huiusmodi rem machiatur. Pueros duos ex humilibus parentibus recens natos tradit pastori inter pecora educandos:hunc in modū iubēs neminem coram eis uocem ullam edere solitaria in casa ambos sibiipsis reliqui eisdem in tpe capras admoueri:ubi lacte expleti forent:alia administrari. Hæc ideo faciebat iubebatq; psammiethicus q̄ cuperet ex pueris ubi inarticulate uagire desisterēt: audire si qua uox prima erūperet ꝓut & cōtigit. Nā ubi bimatus exactū est tēpus pastori qui hæc administrabat aperienti ianuā atq; intranti:ambo infantes porrectis manibus ꝓcidentes beccus clamabāt. Quod primo audiēs pastor obticuit. Cū uero crebrius adeunti & obseruāti idē uerbū frequētaretur:ita demū re dño indicata iussus ab eo pueros attulit:exhibuitq;. Quos cū & ipse psāmiethicus audisset:pcōctabatur qnā hoīes beccus qppiā appellarēt. Hæc pcōctās cōperit phrygas sic panē appellātes. Tali negocio argumentati phrigas se priores extitisse ægyptii cōcesserūt. Quod ita actū eē equidē ex sacerdotibus Vulcani:qui sunt mēphi audiebā. Græci tñ alia multa & inepta memorāt Psāmiethicū pueros educādos curasse apud mulieres:quaꝝ līguas præcidisset Hactenus de pueroꝝ educatiōe referebāt. Alia quoq; apud mēphim audiui ex Vulcani sacerdotibus:cū quibus ī colloqū ueni. Qui etiā haꝝ ipsaꝝ reꝝ gratia & thebas & heliopolī idest Solis urbē me cōtuli:aio cognoscēdi nunqd cōsentanea forent his quæ

Cambyses Rex

Cassandana

Pharnaspus

Psammiethicus Rex

Aegyptii hominū primi

Pueri duo clā nutriti

Beccus .i.panis

Heliopoleis

memphi dicerentur. Nã heliopolitãi feruntur ægiptioꝝ ẽẽ sol ertiſſimi. atq; ex iis nar-
ratõibus q̃ ad rẽ diuinã ptinẽta audiui ea ñ libẽter enũciauerĩ. nisi ipsoꝝ tãtũmõ noĩa
existimãs oẽs hoĩes idẽ sentire d̃ his. Q uoꝝ quicquid cõmemorabo id oratione coa
ctus cõmemorabo. Q uæ ãt hũanaꝝ reꝝ sunt hæc ita referebãt iter se cõstare oĩum

Annus ægyptiorum

hoĩum prios ægyptios annũ cõpisse distiguẽtes cũ in duodecĩ tpoꝝ mẽses. idq; cõpe
risse ex astris eo sciẽtius ut mihi uidetur hoc agentes q̃ græci: q̃ græci qdẽ tertio quo-
q; anno intercalarẽ mẽsem introducũt tpis gratia. Aegiptii uero tricenis diebus q̃bus
duodecĩ mẽses taxãt adiiciũt huic nũero quot ãnis qnos dies. Vñ cis rõ circuli tẽpoꝝ
constat eodẽ redeũtis. Aegyptios quoq; prios duodecĩ deoꝝ cognomina cẽsuisse &

Aræ primæ

Simulacra deorũ

ab illis græcos fuisse mutuatos. Itẽ primos diis & aras & simulacra & delubra statuis
se: qn ẽt aĩalia ĩ saxis sculpsisse: q̃ꝝ reꝝ pleraq; ita effecta ope demonstrabã. Præterea

Menes Rex primus

primũ mortaliũ regnasse Menẽ: ac sub eo oẽm ægiptũ ꝑter thebaicã plagã palustrem
fuisse: ex eaq; nihil eoꝝ: q̃ supra stagnũ myrios extãt extitisse: in qd̃ stagnum a mari p
flumẽ septẽ diebus nauigatur. Atq; de regione bñ mihi dicere uidebantur. Mãifestũ

Myrios stagnum

.n. ẽ ei: q̃ si antea ñ audierit: tñ inspẽxerit modo sit sollertia præditus ægiptũ ĩquã græ
ci nauigãt accessionẽ ẽẽ terræ ac fluminis donũ: qn ẽt loca supra stagnũ hoc ad trium
usq; dieꝝ nauigationẽ: de qua nihil ãplius cõmemorabãt. Est ã t & aliud tale. Nã ægy

Aegiptiacæ regionis natura

ptiacæ regiõis huiuscemodi natura ẽ. Iã primũ cum ægiptũ uersus in alto cursũ tenes
ꝑcul ab ea adhuc diurnæ nauigatiõis spatio patieris sensũ ceni ẽt in aqua uñci' alta pas-
sus: quæ res declarat eatenus ẽẽ humi aggestũ. Ipsius ãt ægipti lõgitudo secũdũ mare
sexaginta schœnoꝝ id ẽ funiculoꝝ: queãdmodũ nos ægiptũ distinguimus a sinu pli-
thinete: idest lateritio usq; ad stagnũ Selbonidis: ad qd̃ mons cassius usq; ptingit. ita-

Selbonidis stagnum

q; ab hac pte sexaginta schœni sunt. Et .n. q̃ modicũ terræ possidẽt mẽtiũtur illã passi
bus: qui minus inopes terræ sunt metiuntur stadiis qui multũ possidẽt parasangis: q̃

Cassius mons

plurimum sane schœnis. Constant ãt parasangæ tricenis: scheni sexagenis stadiis. Ita
erat ægiptus secd̃m mare stadioꝝ triũ milium sexcẽtoꝝ: hic ad heliopoli mediterranea

Parasangæ

uersus ægiptus spaciosa ẽ. supina oĩs & aquaꝝ inops simul ac limosa. A mari ad helio-
polim eundo ꝑ superiora eiusdem pene spacii interest cuius ab athenis illud quod ab ara

Schœni

duodecim deoꝝ fert pisã: & ad delubrũ iouis Olimpii: q̃ itinera siqs cõputet. inueniet
aut paꝝ quiddã differre: quo minus paria sint: aut non amplius quindecim stadiis: nã
uiæ quæ ex athenis pisam fert: quindecim stadia desunt: quo minus sit mille & quin-
gentoꝝ stadioꝝ. At ea quæ a mari ad heliopolim ducit: hunc stadioꝝ numeꝝ cõplet.
Ab heliopoli ꝑ superiora eundo ægiptus angusta est. Nã qua parte mons arabiæ expor

Piramidum lapidicinæ

rigitur ab aquilone ferens ad meridiem atq; ad austꝝ semper per superiora pertigit ad
mare: quod rubrum uocatur: ubi insunt lapidicinæ ad piramides quæ sunt apud mẽ-
phim excisæ: ab hac quidem parte desinens mons declinat in quæ dictum est. Q ua
uero parte productior se ipso est duorum ego audiebam mensium itineris esse ab au-
rora ad hesperum: & eius extrema: quæ ad aurorã uergunt feracia turis ẽẽ. Atq; hic q̃
dem mons talis est. Q uo ãt latere aphricã ægiptus spectat: alius mons saxeus exten-
ditur: in quo piramides sunt sabulo obsitus eodem modo quo arabici montis tractus
qui ad meridiem fert. itaq; quod ab heliopoli non ita multorum spaciorum est quod
modo ægipti sit: sed quattuor dũtaxat dieꝝ nauigatiõe: Aegiptus angusta est iter eos
quos dico montes quod inter capedinis campestris est terra stadiorum ferme ut nihil
uideretur q̃ pte arctissima est non amplius ducentorũ e mõte arabico ad eũ qui dicitur

punicus. Illinc rursus ægyptus laxa ẽ: atq; ita situs regiõis natura cõparatus ẽ. Ab helio Heliopo/lis
poli át ad thebas nouẽ diebus nauigatur spatio q̃ttuor miliũ octigẽtoꝝ & sexagita sta/ Thebæ
dioꝝ: hoc ẽ unius & octoginta schœnoꝝ: q̃ egyptia stadia colecta scdm̃ qdẽ mare sunt:
put a me supius ĩdicatum ẽ tria milia sexcẽta: q̃tum uero maria ad thebas mediterrane
um ẽ indicabo. Sunt. n. sex milia ac centũ uigĩn stadia. A thebis át ad urbẽ noĩe elephã
tinã octigẽta uigĩti. Huius igit̃ regionis q̃ a medicta ẽ pleraq; ps ut & sacerdotes aiebãt Elephan
& mihi ipsi eẽ uidebatur acq̃siticia ægyptiis ẽ: siqdẽ q̃ ĩter p̃dictos mõtes supra mẽphĩ tina urbs
urbẽ positos mediũ ẽ: uidetur mihi sinus mari aliq̃do fuisse queãdmodũ ea q̃ sũt circa
iliũ & teuthraniã: & ephesũ: & mæandri planiciẽ: ut hæc pua magnis cõparent: quoniã
nullũ eoꝝ fluminũ: q̃ has regiões oblimauerũt: dignũ ẽ cõparari uni ex septẽ hostiis ni
li magnitudĩe. Sunt & alii fluuii nequaquã ad magnitudinẽ nili: qui magna opa edide
runt: quoꝝ noĩa possem referre: cũ alii tũ uero Achelous: qui p acarniã fluens ĩ echina Archelo/us?
dum insulaꝝ mare iã eas media ex parte fecit continentem. Est autẽ arabicæ regionis
nõ procul ab ægypto sinus maris productus ex eo quod rubrũ uocatur lõgus ita atq;
arctus ut differẽdo ostẽdã: p̃lixitas quidẽ inchoãdo nauigationem ex macho in amplũ
æquor consumit quattuor dies temigationis latitudo uero ubi sinus ãplissimus ẽ dimi
diatũ diẽ nauigationis: in quo sinu quottidie reciprocatio aquaꝝ: & uadosum æstariũ
est. Aliũ huiusmodi arbitror sinum in ægypto extitisse: quoꝝ alter mare ad aquilonẽ
habet æthiopiã uersus: alter arabicum: de quo differere pergã ferens ex austro ĩ syriã: q
pene inter se suos recessus terminãt exiguo quodã terræ interuallo dirempti. Q uod si
in hunc arabicum sinum nilus uelut alueum suum cõuertere: quid enim p̃hibebit assi
due fluentẽ quin intra uiginti milia annoꝝ illum oblimet. Ego enim credo intra decẽ
milia annoꝝ: qui ante me natũ trãsierunt siccubi siccãea facta sunt nimiꝝ & sinum sica
neum fieri posse etiã multo q̃ hic est maiorem a tãto flũine atq; ita oposo. Itaq; quæ de
ægypto a referentibus audiui: ea & ipse ita habere existimo. Q uippe cũ uideã & ægyp
tũ eẽ exporrectã a terra cõtigua: & cõchylia existere in mõnibus: ac sallsuginẽ exudare: q̃ Conchi/lia in mõ
ẽt pyramides corrũpat: & montẽ hunc: qui in egipto ĩminet mẽphi harenas solas ha/ tibus
bentẽ. Præterea regionẽ hãc nulli alteri cõterminæ aut arabiæ: aut aphricæ: aut siriæ: as/
similẽ esse. Etenim arabiæ maritima ubi siri incolũt pulla humus ẽ: & fragilis utpote li
mus ex aluionibus ab æthiopia flumine deuectus. Nã punicã humum scimus magis Punica
puniceã eẽ: & magis subharenaceã. Arabicã uero atq; siriacã argillosiorẽ: ac suppetrosã. humus
Q uin ẽt id magnũ huius terræ documentum aiebãt sacerdotes sub rege Miri fluuiũ Arabica
quoties octo cubitis dum minimum ĩfluebat irrigasse ægiptum q̃ supra memphim ẽ: humus
nec dum ab obitu Myris nõgenti sunt ãni ad tẽpus: quo hæc ego a sacerdotibus audie myris rex
bam. At nunc nisi ad sexdecim aut ad quindecĩ saltẽ cubitos ascẽdat fluuius regionem
nõ trãscendit: Q uæ regio si p̃portiõe in altum surgat: & tãtundem ad incremẽtum tẽ
dat: uidẽtur mihi ægiptii utiq; hi q̃ infra palũdẽ ĩcolunt cum alia loca: tum uero eũ qui
uocatur delta idẽ passuri oĩ futuro tẽpore. eã regionẽ nilo nõ restagnãte: qđ aiebãt ipsi
passuros aliquãdo græcos. Nã cum audirẽt omnẽ græcoꝝ terram pluuia p̃fundi non
fluminibus ut suã dicebãt fore: ut decepti aliquãdo magna spe male esutirent Q ui ser
mo hoc dicere uult græcos si nolit eis deus pluere: sed siccitate extinctum iri: ut quibus
nihil aliud aq̃ nisi tãtum: quod ex Ioue sũministretur. Atq; hæc quidẽ quæ ab egiptiis ĩ
græcos dicũtur recte hñt. Age nunc uicissim dicã quomodo res apud ipsos ægiptios
habeant. Si ut superius dicebã quæ ĩfra memphim ẽ regio (hæc enim est q̃ augescãt)

uelit in altũ augescere pro portione ꝑteriti tẽporis quid aliud ægyptios: q̃ illic icolunt q̃
esituros. Si neq3 gustare ea q̃ ab ioue sũt: neq3 a fluine restagnari queãt rure ipsoꝶ. Isti
nãq3 ex oĩbus hoĩbus atq3 ex oĩbus ægyptiis maxĩe illab oratũ pcipiũt fructũ: q neq3 p
scindendis aratro sulcis: neq3 subiugẽdo solo: neq3 aliud quicq̃ exercendo coꝶ q in aruis
colendis cæteri mortales laborẽ tolerãt: sed postq̃ fluuius sua spõte supueniens irriga-
uit rura deseruit: & rursus irrigata deseruit: tunc in suũ quisq3 rus iacto seie sues imittit
Aegyptiorũ semẽtis cõculcatoq3 suibus semine messẽ deinde expectat: atq3 ubi suibus semẽ uersauerit ita de
mũ frumentũ pcipit. Quod si uelimus de ægypto ionum uti sentẽtiis: q solũ delta eẽ
ægyptum a psei specula appellatũ dicẽtes illã scd̃m mare ad pelusiaca usq3 tarichea q̃dra
Tarichea ginta schœnoꝶ esse. Amari ãt mediterranea uersus ptingere ad cercasoꝶ urbẽ iuxta q̃
Cercasi scinditur nilus in pelusium fluens: & ĩ canobũ. Cætera uero ægypti ptim esse aphricæ:
ptim arabiæ ostenderemus hac rõne utẽtes nullã ægypti primitus fuisse regionẽ. Nã
Delta delta eis ut ipsi dicunt: & mihi uidetur defluxa humus ẽ: ac nup ut sic dicã extitit Itaq3
si nulla eis terra erat: quid curiosi sunt putantes se primos homines extitisse: qui ne in
pueroꝶ quidẽ expimẽtum: q̃ primã linguã pderent ire debebãt: quos ego opinor. neq3
Thebæ cum loco quem delta iões uocãt pariter extitisse: sed semp fuisse: ex quo genus huma-
Aegyptus num extitit pgressuq3 terræ multis ex eis reliquos fuisse: multos aliunde sub igressos:
Ideoq3 olim thebæ ægyptus uocabatur. Cuius ãbitus est stadioꝶ sex miliũ ac centum
Terre diuisio uiginti. Itaq3 si nos de eis recte sentimus: iones nõ recte sentiunt de ægypto Sin recte io
nes sentiunt: ostendo neq3 græcos: neq3 iones scienter cõputare: q cum aiunt tria mẽbra
Aegyptus quæ totã esse terrã: europam: asiam: aphricam: q̃rtum mẽbrum annumerant delta ægypti.
Si nõ sit neq3 asiæ neq3 aphricæ. Nã scd̃m hãc rõnem est nilus: qui asiã ab aphrica distar
catadupa minat: q cum diuortia faciat circa acumen deltæ: qd̃ ĩ medio est: id asiæ & aphricæ esset.
Aegypti partes de quo nos ionum sentẽtiam missam faciẽres: ita sentimus Aegyptum quidẽ eã oẽm
esse q̃ ab ægiptiis incolitur: quemadmodum ciliciã eam q̃ a cilicibus: & assiriam eam q̃
Nili origo ab assyriis: sed asiæ & aphricæ scimus recta rõne nullum esse terminum: nisi terminos
ægiptioꝶ. Si uero qd̃ græcis psuasum est sequemur: sentiemus oẽm egiptum: q̃ a ca-
Nili hostia tadupis & elephantina urbe incipit bifariã diuidi: & utrunq3 cognomen obtinere. Aliã
enĩ eius ptem esse aphricæ: aliã asiæ. Quippe nilus a catadupis incipiẽs mediam inter-
Pelusiũ fluens egiptum irrumpit mare uno qdẽ usq3 ad cercasoꝶ urbem alueo tripartito. Dein
Canobicum ceps quoꝶ alueoꝶ unus ad auroram qd pelusiñ hostium: alter ad uesperam tendit qd̃
canobicum hostium noiatur. Tertius quo recta nilus meat talis est. Delatus p supiora
Sbẽniticum in acutum deltæ pficiscit: dehinc medium delta scindẽs ĩ mare euadit nõ minimã huic
alueo portiõem aq̃ ꝑbens: nec minime celebrem: qd sebe.niticum hostium appellatur:
Saiticũ A sebbenitico item duo alia diuiduntur hostia in mare ferentia: qbus hæc sunt ĩposita
Mẽdesiũ nomina: uni saiticum: alteri mendesium. Nã q̃ bolbitinum & bucolitũ nominantur nõ
Bolbitinum sunt natiua hostia: sed defossa. Huic meæ opiniõi tantã esse ægiptum: q̃ta ratiõe demõ
straui: Testimonium etiã dat oraculũ qd ab Amone est redditum quod ego posterius
Bucolitũ q̃ ita ĩ animum induxeram circa egiptum audiui. Nam q sunt ex urbe marea & apia in
Mare urbs colentes egipti fines aphricam uersus: q3 sibi pœni nõ ægiptii uiderentur: quodq3 perosi
sacrorum cerimonias nolent bobus fœminis prohiberi: miserunt ad Ammonem ne-
apia urbs gantes quicquam cum ægiptiis sibi esse comune. Habitare enim se extra delta: nullũq3
Aegyptii qui sibi cum illis linguæ esse cõmercium: ac uelle sibi fas esse omnia gustare. Hæc eos deus
facere non permisit: inquiens ægiptum eam esse: quam nilus supergressus irrigaret

quiq intra urbẽ elephantinã incolẽtes ex hoc fluīe portarent eos eſſe ægyptios. Hæc il
lis ita reſpõſa ſũt. Porro nilus ubi inflatus eſt nõ mõ delta īundat: uerũ ẽt plagã q̃ dicit Nili ex-
aphricana eẽ aliquotiẽs & arabicã: idq utroq uerſus duoꝝ dieꝝ itinere: & amplius eo undatio
uel minus. De cuius flumīs natura neq a ſacerdotibꝰ quippiã neq ab alio ullo pcipere
potui: rũ prõptiſſimo forẽ aĩo ad hæc ab illis audiẽda cur nilus aqs inflatus deueniret ĩ
choans intumeſcere ab æſtiuo ſolſtitio: & centum uſq dies & ppe totidẽ diebus retro
cederet relinqns fluenta ita ut p oẽm hyemẽ tenuis eſſe pſeueraret ad ſolſtitiũ rurſus æſti
uum. De his nihil oĩo potui pcipere ab ægyptiis ſciſcitãdo num aliquã uim nilus hẽret Nilus ſo-
natura diuerſã cæteris fluuiis. Hæc ego noſcendi cupidus eos interrogabã & cur ſolus lus aura
oium amniũ nullas ex ſe auras remitteret. De q̃ tñ aq̃ qdã græcoꝝ ĩſignes cũ uellẽt effi caret
ci ſapiẽtia: trifariã diſſeruerũt: quaꝝ opinionũ duas ne mẽtiõe quidẽ dignas exſtimo ni
ſi eatenus ut illas tantum ſignificẽ. Eaꝝ una ait uentos eteſias eẽ in cã: ut nilus infletꝰ p
hibẽtes eũ effluere in mare. Atq nõnunq̃ eteſiæ nõdum ſpirauerũt: cum nilus id agit.
Ad hæc ſi eteſiæ cauſa forẽt: oporteret alia quoq flumina quæcũq eteſis obnoxia ſunt
idem quod nilus pati & eo magis quo tenuiora ſunt minores gurgites exhibẽtia. Sũt
ãt multa in ſyria: multa in aphrica flumina: q̃ nihil tale patiuntur q̃le patitur nilus. Al-
tera opinio eſt incredibilior quidem q̃ hæc quæ dicta eſt: dictũ tñ admirabilior quæ ait
illum q ab oceano fluat iſtud efficere: ipſum uero oceanum orbi terraꝝ circunfluen-
tem. Tertia opinio ut multo modeſtiſſima: ita lõge falſiſſima ẽ. Quippe quæ nec ipſa
aliquid dicit inquiens e niuibus liqueſcentibus manare nilum: qui cum ex aphrica per
medios æthiopes fluens in ægyptum euadat ex locis calidiſſimis ad frigidiſſima quan-
tus ex niuibus flueret de q̃ re multa ſane ſunt: q̃ quis cõiectare poſſit nõ eſſe credibile
eum qui talis ſit manare de niuibus: Primum ac maximum teſtimõium perhibẽtibus
uentis qui ab his regionibus calidi ſpirant. Secundum ea plaga: q̃ ſine imbribus: & ſine
glacie perpetuo eſt. Super niuem ãt q̃ cecidit neceſſe omnino eſt intra quinq dies plue
re: ut ſi in his regionibus ningeret ẽt plueret. Tertium homines qui ab æſtu ſolis nigri
ſunt: & milui atq irundines: quæ illic perẽnant: grues quoq quæ ſcythyce plagæ hye-
mem fugientes ad hæc loca ſe conferunt hybernatum. Si igitur uel q̃tulumcũq ninge
ret in ea plaga: p quã fluit & ex qua incipit nilus: pfecto nihil tale eſſet queadmodum
arguit. At is quide oceano loquitur ad occultã fabulã referens caret argumẽto Neq. n.
ego ullum noui fluuium: qui eſſet oceanus: ſed hoc nomen opinor Homeꝝ: aut aliquẽ
priſcoꝝ poetaꝝ cum inueniſſet in poeticam intuliſſe. Quod ſi opiniones quas propo
ſui improbantẽ me oportet de occultis ferre ſententiã: dicam q̃re mihi uideatur imple
ri nilus æſtate Hyberno tempore ſol abſcendens a priſtino curſu ſubter hyemale ſidus Nilus rur
meat ĩ ſupiora aphricæ: hoc qdem ut breuiſſime demõſtretur totum dictum eſt. Etenĩ æſtate
dcum hunc ut cuiq terre pxime accedit: ita eã maxima ſiti afficere credibile eſt: & ſcatu creſcit
rigines indigenaꝝ amnium areſacere: Vt ãt pluribus uerbis demonſtretur ita hẽt ſol Solis na-
aphricæ ſuperiora permeans iſtud efficit: Nam cum omne ueris tempus ſit ſerenum tura
in his regionibus & ipſæ regiones ſint torridæ: quas ſol tranſiens uẽtos frigidos facit:
queadmodum medio cælo means æſtate facere conſueuit: ad ſe trahit aquã attractãq
in ſuperna abiicit loca quam excipientes uenti ac diſſipantes liqueſaciunt hi uidelicet: q
ut credibile eſt ab hac regiõe flant: Auſter & aphricus multo omniũ pluuioſiſſimi q̃q̃ Auſter
mihi uidetur nõ omnem ſol humorẽ eius anni nilo remittere ſed penes ſeipſum reſer- aphricus
uare. Idem mitigata hyeme rurſus in medium cæli regreditur: atq illinc iam itidem ex

cũctis fluuibus trahit humorẽ:q̃ fluuia mox multarꝫ aq̃rꝫ ĩbre cõmixto terrã madefaciẽ
te utiq; lacunosã magna decurrũt. At æstate cũ destituãt̃ ab ĩbribus & a sole attrahãt̃
exiliora sũt. Nilus ãt q ĩbribꝰ caret cũ atrahitur a sole: merito solus fluuiorꝫ eo tpe fluit
multo exilior q̃ soleat p æstatẽ. Tũc.n. peræq; attrahitur atq; cæteræ aq̃: p hyemẽ uero so
lus attrahitur. Ita solẽ cẽsui huius rei ẽẽ cãm. Idẽ mea sñia auctor ẽ aereæ siccitatis ĩ ea re
giõe dũ exeq̃t trãsitũ suũ. Ita sẽp aphricæ supiora estas optiet. Q̃ d si finiũ ac cœli situs ĩ
mutaret̃: ut ubi nũc aq̃lo situs ẽ & hyems: ibi austri situs ẽẽt & meridiei. & ubi auster:
illic aq̃lo collocatꝰ ẽẽt. Si hæc ita hẽrẽt ꝓfecto sol amotus e medio cælo sub hyemẽ & a
q̃lonẽ mearet supra europã: queãdmodũ nũc supra aphricã ptrãsiẽsq; nobis oẽm euro
Nili aura pã faceret C. Opior ↄ eadẽ ĩ istro: q̃ nunc facit ĩ nilo. De aura ãt q nulla e nilo eflat: hoc
cur nulla mea fert opĩo cõsentaneũ ẽẽ e locis ualde feruidis nihil respitare auræ q̃ ab aliquo frigi
do loco flare gaudet. Verꝫ h̃ ita sint queãdmodũ & sũt ab initio fuere. Nili tñ fõtes nẽo
Sai urbs neq; egiptiorꝫ: neq; græcorꝫ: neq; aphrorꝫ: cũ q̃bus ĩ colloquiũ uẽise nosse ꝓfessus est ꝑ
ter scribã sacrarꝫ: mineruæ pecũiarꝫ apd̃ ægyptũ ĩ urbe sai: q mihi iocari uidebat̃ affir-
Sycne mãs se id ꝓculdubio nosse. Sic ãt dicebat gemĩos ẽẽ mõtes cacumĩbꝰ ĩ acutũ tẽdẽtibꝰ ĩ
Crophis ter sienẽ positos urbẽ thebaidis & elephãtinã: quorꝫ uni nomẽ ẽẽt cotophi: Alteri mo
Mophis phi: & ex eo medio nili fõtes abyssos: hoc ẽ ĩmẽsæ altitudĩs emanare. Cuiꝰ aq̃ dimidiũ
Nili fon- egiptũ uersus & uẽtũ aq̃lonẽ flueret: reliquũ dimidiũ ætiopiã uersus atq; austrũ. Q̃ d
tes ãt abyssi forẽt fõtes aiebat Psãmiethicũ egipti regẽ piculũ huius rei fecisse: q fũibus
multorꝫ miliũ passuũ cõnexis: & ĩ fõtes demissis: tñ ad fundũ ñ deuẽisset. Scriba hic si
mõ gesta fuerãt q̃ dicebat affirmãdo faciebat ut ego opiarer uortices quosdã illic ẽẽ ta
pidos: ac refluxus queãdmodũ ꝑcipitãtis e mõtibꝰ aq̃ neq̃t funis ad explorandũ demis
sus pueñire ĩ fũdũ. Aliđ ab ullo audire ñ potui: nisi cũ ipe ĩspiciũdi gr̃a ad elephãtinã usq;
urbẽ ꝓfectꝰ sũ: q̃ddã lõgissimæ narratiõis: qđ ex fama illic iã ĩgrẽdo accepi cũ ab urbe
elephãtia ad supiora ẽẽ locũ accliuẽ: ubi necesse sit nauigio utriq; alligato tãq̃ boue pge
re & si funis abrũpat̃ abire nauigiũ rapiẽte. fluĩs ĩpetu. Abesse ãt hũc locũ ultra q̃ttuor
dierꝫ nauigationẽ: ẽẽq; ibi nilũ tortuosum ueluti mæandrꝫ: & duodecĩ schœnorꝫ: q̃bus
hũc ĩ modũ nauigare oporteret: & postea puenire planũ ĩ locum: ubi sit ĩsula nilo circũ
Tachon- flua noĩe tachõpso ab elephãtina desup iã æthiopes ĩcolere & dimidium insulæ. Nã al-
sus ĩsula terꝫ dimidiũ ĩcolere ægiptios. Insulã cõtineri ĩgẽti stagno: accolẽtibꝰ circum æthiopibꝰ
pastoribꝰ: in qđ e nilo subuectus pueñias in alueum: q in stagnum difundit̃. Deinde e
gressus itinere pedestri q̃draginta dierꝫ pgas pp flumen. Nã in nilo acutos scopulos exi
stere & saxa frequẽtia: p q̃ nauigare ñ licet. Peragratio q̃draginta diebus eo loco: alterꝫ
rursus ingressus nauigium duodecĩ diebꝰ subueheris: dum uenias ĩ oppidum magnũ
Meoe nomĩe meroẽ: q̃ fertur aliarꝫ urbium esse metropolis: Cuius ĩcolæ solos deorꝫ colunt
Iuppiter Iouẽ & Liberꝫ: eosq; magnope uenerant̃. Ioui ẽt cõstituerunt oraculum: cuius respõsis
Liber pa posteaq̃ iubent̃ & quocũq; iubẽtur eo sumãt expeditionẽ. Ab hac urbe intra tãtundẽ
ter tpis: intra q̃tum ad ipsã ex elephãtina puenitur nauigãdo pueñias ad trãsfugas: q̃bꝰ no
Asmach men est asmach: qđ uerbũ græca in lingua idẽ pollet qđ sinistræ regiæ assistentes. Isti
cum essent egiptii bellatores ducenta & octo milia ad hos æthiopes trãsiere hac de cã.
Sub rege Psãmieticho fuerant in ꝑsidiis collocati. Alii ad urbẽ elephãtinã & ad daph
Daphnæ nas pelusias aduersus æthiopes. Alii aduersus arabes & syros. Alii ad merorẽ aduersus
pœnos. quibꝰ in locis queãdmodum sub rege Psãmieticho erant. Ita in ea ætate persa
tum præsidia excubãt. Nã & in elephantina & ĩ dalphnis persæ excubias agunt. Cum

igitur trienniũ in pſidio fuiſſent. Aegyptii neq̃ illinc ab aliquo dimitterẽtur cõi uſi cõſi
lio a pſãmieticho ad æthiopiã ſibi trãſcundũ putauerũt. Quos re audita pſãmieticus ĩ
ſecutꝰ ubi ẽ aſſecutꝰ multis uerbis obſecrabat: uetabatq̃ patrios deos ac liberos uxoreſ
q̃ deſerere. Ibi: q̃dã illoꝝ fert oñſo ueretro dixiſſe ubicũq̃ id eẽt: id ſibi & uxores & libe
ros fore. Hi poſteaq̃ in æthiopiã ꝓfecti ſũt ſeſe æthiopũ regi tradiderũt: quos ille ita re
mũeratꝰ ẽ: erãt ei nõnulli æthiopũ aduerſarii: quoꝝ terrã eripientes iſtos iuſſit incolere
Aetiopes his colõis inter ſe collocatis facti ſũt mãſuetiores moribꝰ ægiptiacis ĩbuti Ad
q̃tuor igitur mẽſiũ pt̃i nauigationẽ: pt̃i iter cognoſcitur nilus: ꝑter id quo fluit p ægy-
ptũ. Tot.n. mẽſes ĩ ſũma repientur ĩpendi ab his q̃ ex elephãtina ad hos ꝓfugas ꝑgãt.
Fluit ãt ab heſpo & occaſu: dehinc quid ſit nẽo põt ꝑ cõperto narrare. Eſt.n. deſerta ꝑ
feruore ea regio. Accepi tñ hoc ex quibuſdã cirenæis: qui ſe ad ãmonis oraculũ iſſe cõme
morarẽt collocutoſq̃ cũ Etearcho ãmonioꝝ rege: & ex aliis ſermõibus deueniſſe in gar Etearchus rex
rulationẽ de nilo: cuius nẽo noſceret fõtes: etearchũq̃ narraſſe aliq̃n naſamõas quoſdã Nasamones
ad ſe ueniſſe: q̃ gens ſit punica ſyrtĩ incolẽs: & orã q̃ uergit ad aurorã ñ multũ ſupra ſirti
eos cõueniſſent: interrogarẽturq̃ nũquid ãplius hẽrẽt q̃d referrẽt de aphricæ deſertis:
retuliſſe apud ſe fuiſſe uiroꝝ ꝑpotentiũ filios ꝓcaces: eos cũ in uirilẽ ætatẽ adoleuiſſẽt
cũ alia ſupuacua fuiſſe machinatos: tũ uero ex ſeſe quinq̃ ſortitos ad inſpiciũdas aphri
cæ ſolitudines ſi quid ãplius cernerẽt q̃ hi qui lõginquiſſima inſpexiſſent. Orã.n. mari-
timã aphricæ aquilõi obnoxiã pœnos & pœnoꝝ pmultas gẽtees ab egipto incipiẽtes
oẽm optinete uſq̃ ad ꝓmõtoriũ ſolœntẽ: q̃d aphricã terminat præter id demũ q̃d aut
græci optineant aut phœnices ſupra maritimã orã: & eos qui ad mare incolunt: feris
ulteriora habitari: Vlteriora feris harenoſa eẽ uæhementerq̃ arida ac ꝓrſus uaſta. Igiẽ
eos iuuenes ab æqualibus dimiſſos aqua atq̃ cibariis ꝓbe inſtructos. Primũ p loca ho
minibus habitata prexiſſe: hanc pmenſos in illã feris frequẽntẽ ꝑueniſſe. ex ea p ſolitu
dines iter feciſſe inuẽtũ zephiꝝ: pagratoq̃ multo ſpatio ſabuloſi loci pluribꝰ ſane diebꝰ
aſpexiſſe demũ arbores in planicie q̃dam enatas ad eaſq̃ acceſſiſſe: ac fructũ qui inerat
decerpſiſſe: eiſq̃ inter decerpẽdũ ſupueniſſe quoſdã infra medioerẽ uiroꝝ ſtaturã puſil
los uoce: q̃ nec a naſamõibus cognoſceretur: nec naſamonũ uocẽ ipſa cognoſceret: & ab
his depræhẽſos: ductoſq̃ per maxĩas paludes: atq̃ illaſ tranſgreſſos peruenĩſſe ĩ urbẽ: ĩ
q̃ uniuerſi forẽt: eq̃li ſtatura illis: qui abduxiſſẽt colore nigro: eã urbẽ præter labi grãde
flumen ab heſpero ad orientẽ ſolẽ fluens: in quo apperent crocodili. Hactenus a me de
ſermõe Ammõii Etearchi eõmẽoratũ ſit: uiſiq̃ is aiebat naſamões ut cyrenei referebãt
reuertiſſe. & eos hoĩes: ad quos illi ꝑueniſſent oẽs eẽ fallaces. Flumẽ ãt q̃d ꝑterfluebat &
Etearchꝰ cõiectabat nilũ eẽ: & rõ ſic dictat. Ex aphrica.n. nilus fluit eãq̃ mediã ſecat: & Nili fluxus
ut ego ex aptis ignota cõiecto pari tractu atq̃ iſter meat. Iſter nãq̃ fluẽſ ex celtis atq̃ ur
be pyrene ꝓfluẽs. Celtæ ãt ſũt extra cippos Herculis cyneſiis finitimi oĩum ĩ europa Aphrica
ad occaſũ habitãtiũ ultimi): mediã europã ſcindit: totãq̃ pmenſus q̃ iſtriam mileſioꝝ Ister
colõĩ incolũt mari euxino finit & iſter. Fluit enim p terrã habitatã) inter primos co Pyrene
gnoſcit. De nili uero fõtibꝰ nẽo hẽt q̃d referat: & merito utpote aphrica p q̃ fluit deſer Celtæ
ta de eius fluxu: q̃ potuit lõgiſſime repetẽdo narrari dictũ ẽ Euadit ãt in egyptũ. Porro Cippi
ægyptus mõtane ciliciæ fere oppoſita eſt. Hinc recta ad ſinopẽ in põto euxino ſitã q̃nq̃ herculis
dieꝝ intereſt uiro expedito. Sinope ãt iſtro mare irrumpẽti ex aduerſo eſt ſita. Ita nilus Cynesii
totam permeans aphricam uidetur mihi æquiparandus iſtro Hactenus de nilo dictũ Sinope
ſit. Venio ad plura de ægypto referẽnda: quia plura q̃ alia omnis regio mirabilia hẽt: &

prÆter oẽ regionẽ exhibet opa relatu maiora. Hoꝝ gratia plura de ea cõmemorabunt.
Aegyptii queadmodũ & cælo q apđ eos & fluic diuersa ab alioꝝ natura: Ita ipsi pleraq
oia a cæteris hoibus diuersa cõstituerunt & istituta: & iura apud quos foeie qdẽ nego-
[Aegiptio] ciant cauponãtq: & istitoris: opis uacãt. Viri ãt intra domos texunt. Alii tillum subteg
[rũmores] minis desup tramãt: ægiptii subter. Onera uiri capitib9. Foeie hũeris baiulãt. Foeie stã
tes mingũt: uiri sedẽtes. Dõi uẽtrẽ exonerãt exterius i uiis cõedunt reddẽtes rõnẽ: q sũt
turpia sed necessaria: ea in occulto fieri debere: Palã uero q ñ sũt turpia. Mulier neq dei
neq deæ ulla sacerdos ẽ: sed uiri deoꝝ oium & deaꝝ. Alendi parẽtes filiis nulla nolẽtib9
filiabus & ut nolint sũma necessitas ẽ. Deoꝝ sacerdotes alibi comati sunt: in ægipto de
rasi. Apđ alios ritus ẽ statim in funere pximi capita deglabrare. Aegyptii in funeribus
sinũt capitis crines augescere barbã tñ tõdent. Apđ cæteros mortales uictus a feraꝝ se
cretus est cõsortio. Aegiptii cũ feris uescunt Alii frũeto atq ordeo uictitãt. Aegiptus ui
ctitare his q ex his facta sũt maxĩo pbro est: sed cibis e farre cõfectis qđ qdã siliginẽ ap
pellãt. Cõspersionẽ pedib9: lutũ manibus subigunt. Virilia put cõtigerunt alii esse per
mittunt. præter eos qui ab istis didicerũt ægyptii circũcidũt. Viri binas uestes hñt: foe-
[Aegiptio] miæ singulas. Alii ueloꝝ ansulas: & funes extrinsecus assuunt: ægiptii intrisecus. Græ
[rũ uestes] ci litteras scribũt: & calculis cõputãt a sinistro i dextrã manũ ferẽtes. Aegiptii a dextro i
[Aegypti] sinistꝝ: & hoc faciẽtes aiunt se i dextꝝ: græcos facere in sinistꝝ: litteris bifariis utunt:
[orũ scri-] quaꝝ unas sacras uocãt: populares alteras. i deos religione supra modũ: supraq omnes
[ptura] hoies. Talibus ẽt morib9 utunt: A eneis i poculis potãt singulis ea diebus extergẽtes
nõ coꝝ aliquot: ẽt aliquot nõ sed uniuersi. Linea ferunt uestimẽta sẽper recens ablura
[Circunci] huic rei pcipue uacãtes. Virilia circũcidunt mundiciæ grã pluris se facientes se mundos
[sio cur] eẽ q decoros. Sacerdotes quoq die totũ corpus eradunt: neqd eis iter deoꝝ cultũ aut
[Aegiptio] pediculi: aut alterius sordis ereet. Iidẽ uestem tãtummodo lineã: calceos papiraceos ge
[rũ sacer-] stant. Aliam uestẽ: aut alios calceos iduere eis fas ñ est. Lauãtur quotidie frigida iterdiu
[dotes era] ter. noctu bis. Alias præterea cerimõias ppe dixerĩ infinitas exercẽt. Q uiẽt ñ exiguis
[si] afficiũtur cõmodis. Nã neq e re dõestica aliquid cõterunt: neq erogãt sed coꝝ singulis
quotidie cibi sacri cocti præsto sunt & carnis bubulæ: & anserinæ satis abundeq. Vinũ
[Aegiptio] quoq uineale traditur. De piscibus gustare nefas est illis fabas ægiptii in sua terra neq
[rũ sacer-] admodũ serunt neq natas: aut crudas: aut in aq coctas edũt. Sacerdotes uero ne aspice
[dotũ tibi] re quidẽ sustinẽt arbitrãtes haud mũdũ illud legumẽ eẽ. Initiãtur ñ sigillatĩ cuiq deoꝝ:
[Fabæ] sed gregati. quoꝝ unus ẽ põtifex: V bi quis defũctus est filius eius subrogatur. Boues
